UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate || Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

V. De ingressu in Religionem, Tyronum educatione, eorum tentationibus, ac Probationibus, & modo ac ratione Vota & Profeßionem emittendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45802

Visual Library

# TRACTATVS V.

# DE INGRESSV IN RELIGIONEM, TYRONVM EDVCATIONE, EORVM TENTATIONIBVS, AC PROBATIONIBVS; ET MODO AC RATIONE VOTA, ET PROFESſionem emittendi.

## CAPVT I.

### DVPLEX INGRESSVS IN RELIGIONEM, ALTER ad Probationem, alter per tria vota: & quænam vterque complectatur.

CVM STATVS RELIGIONIS ADEO SIT EXCELSVS, difficilis, ac perpetuus, vt hactenus vidimus: ſtatuit Eccleſia ſancta: ne, vocati à Deo ad eum ſuſcipiendum, ſtatim, & quaſi primo ipſo aditu ingreſſi, perpetuò in eo abſque alijs probationibus & circumſtantijs permaneant; ſed cum matura deliberatione & prudentia duplicem faciant ingreſſum: primum quaſi ad probationem, induentes habitum Religionis: vt faciunt Tyrones, ſiue Nouitij: tum, vt ipſimet probent, & per aliquod tempus experiantur onus, quod ſuſcipere cogitant: tum, vt ipſa Religio probet, & exactiùs eum agnoſcat, quem eſt admiſſura. Et cùm vtrique parti erit in illo temporis ſpatio ſatisfactum; fiat alter ingreſſus, qui ſit futurus perpetuus: quo alligatur, qui primum fecit ingreſſum, tribus ſubſtantialibus votis, *Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientia*: in quibus Religionis eſſentiam conſiſtere, ſuperiùs diximus. Ac proinde hæc vota ſunt ianua, ad verè ac perfectè Religionem ingrediendam: & eadem conſtituunt Chriſtianum in ſtatu religioſo: ſicut Baptiſmus eſt prima porta, qua intratur in Eccleſiam; & qui ingreditur, verè ſuſcipit ſtatum Chriſtiani. Et quemadmodum Catechumeni, etiamſi omnia credant, quæ fides docet; & ſponte ſua cuſtodiant omnes eius leges: non tamen ſunt adhuc veri Chriſtiani, donec baptizentur: per Baptiſmum aūt fiunt membra corporis myſtici Eccleſiæ Catholicæ: Ita, inquam, Nouitij, licet habitum Religionis geſtent, eiuſque Regulas omnes obſeruent: non tamen ſunt perfectè religioſi: ſed id agunt, & in via verſantur, vt tales ſint: & tunc demum tales erunt, cùm Vota prædicta fecerint, aut Profeſſionem: quibus incorporantur aut immittun-

Duplex religionis ingreſſus. Primus ad probationem.

tur in myſticum Religionis illius corpus: Et tunc plenè cenſetur compl
ingreſſus in eam. Dixi: per vota, aut Profeſſionem: eò quòd à pluribus Sum
mis Pontificibus declaratum ſit, eos, qui in ſocietate Ieſu, poſt elapſos du
annos probationis vota ediderint, etiamſi illa non ſint ſolénia eſſe veré Re
ligioſos, & inhabiles ad matrimoniũ contrahendũ, quamdiu prædictis vo
ſunt obſtricti: quamus eiſdẽ ſuperſit tertius perfectior ingreſſus per profe
onem ſolennẽ: vt ex eorundem Pontificũ Bullis & Conſtitutionibus co

SED vt ad ea, quæ propoſuimus, reuertamur: qui à Deo ad Religioné voc
tur, voluntq́ue diuinæ vocationi acquieſcere: vtrumq́ue hunc ingreſſum o
dine ſuo debent procurare, petentes eos à Prælatis, ad quos ſpectat ip
a Pſal. 117. 19. admittere: vtentes verbis illis Dauidis: a *aperite mihi portas iuſtitiæ: ingreſſus in*
*eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam*, Portæ iuſtitiæ
Tract. 1. c. 4 in ſecundo tomo eſt dictum) ſunt præcipua media, quæ Deus Dominus n
ſter in ſua Eccleſia conſtituit, ad perfectam Sanctitatem obtinendam. Qu
rum potiſſimum, eſt ipſa Religio, eiusq́ue tria vota: quæ ſunt portæ per
ctionis Euangelicæ. Et quamuis Dauid primùm *portas* appellauerit, ſicſi
nuans eſſe multas: poſtea tamẽ dixit *portam*, propter vnioné inter ſe mu
qua vnum ſtatum Religionis efficiunt. Has portas Prælati Religionum ap
riunt primùm ſęcularibus, cùm eos habitu ſuæ Religionis induunt; & ſimili
ter Nouitijs, elapſo tẽpore probationis, cùm eos ad emittenda vota, ſeu pro
feſſionem admittunt. Ad ipſos tamen vocatos à Deo, ſpectat, inſtanter pete
re, vt ſibi aperiantur, deſiderantibus per eas ingredi, ad Deum perpetuò la
dandum, ſuamq́ue vitam totam in eius obſequio expendendã; non quomo
docunq́ue, ſed valde eminenter. Ideò enim Dauid addidit: *iuſti intrabunt p*
*eam*. quamuis enim, antequam ingrediantur ſint iuſti: cupiunt tamen ingre
di Religionem, vt iuſtificentur & ſanctificentur adhuc. Eſt enim in hoc p
Religio quaſi templum illud, quod vidit Ezechiel: & habebat tres portas a
b Ezech. 10. 23. ingrediendum atrium exterius; & vnam præterea pro ingreſſu ad partem i
teriorem. & cum Angelus b *metiretur* diſtantiam ab alijs *portis ad hanc*, inue
nit eſſe *centum cubitorum*. Hunc in modum dicere licet: Religionem in pri
mo ſuo ingreſſu, (qui ſpectat ad Tyrones) habere tres portas, tres ſcilicet in
genuas & nobiles renunciationes, quas facere conſtituunt, vt vocationi di
uinæ obediant: quibus inniti debent, vt mox videbimus, tria vota: & quia
ea emittunt, ingrediuntur per interiorem Religionis portam: per quem in
greſſum vniuntur intimè cum ipſa. Sed inter primum & ſecundum ingre
Hom. 18. in Ezech. ſum eſt menſura centum cubitorum, qui numerus (vt ait S. Gregorius) eſt
perfectus: vt ſignificetur iter perfectionis, quod conficere debẽt à tempo
quo Deus illos ad Religionem vocat, donec in eam per vota emittenda in
grediantur: magnum oſtendẽtes animum pectusq́; robuſtum in his quatu

rebus. *Primum*, vt omnibus tentationibus Dæmonis, mundi carnis, qui-
bus eos conantur auertere, ne diuinę vocationi acquieſcant, nec faciant pri- 1.
mũ ingreſſum in Religionem; aut, ſi ingredientur, ne in ea perſeuerent, nec
ad ſecundum perueniant: His inquam tentationibus fortiter ſe opponant,
reſiſtant: licèt eædem durent etiam poſt Profeſſionem, & vſq; ad finẽ vitę.
Et quoniam etiam ipſi Prælati vocatos tentant, varijsq; modis probant, & 2.
exercent petentes Habitum, antequam illũ dent; & multò ampliùs, poſtquã
dederunt, toto tempore tyrocinij, antequam ad ſecundum ingreſſum & Pro-
feſſionem eos admittant: debent ipſi magnam animi fortitudinem ac fide-
litatem in his omnibus probationibus oſtendere: vt fructum & vtilitatem
ex eis, ſicut ex prioribus capiant. Et hinc tertium illud oritur, in quo debẽt 3.
valde elucere; vt magno feruore ea omnia exerceant, quæ ad triũ votorum,
& regularum obſeruationem ſpectant: ad quæ poſtea ſe obligabunt. Hæc
eſt enim potiſſima omnium probatio. Hanc vltimò ſequitur ipſa votorum 4.
emiſſio quam in tanta excellentia & perfectione facient, quantam excellens
adeò oblatio iure ſuo exigit.

Qvatvor hæ res erunt tractatus huius argumentum, eo ordine quo sunt poſitæ. *A prima* igitur initium faciẽtes: eius figura, & quaſi ad viuum imago præceſſit in colloquio, quod Moyſes & Aaron, nomine totius populi Hebræi, habuerunt cum Pharaone, & eius miniſtris, à quo captiuus tenebatur grauiterq; premebatur cõficiendis lateribus. *Primum* autem, quod Pharaoni dixerant, fuit: c *Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus iter triũ dierũ in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne fortè accidat nobis peſtis, aut gladius.* Hæc ratio eſt & idea quædã ſupernæ vocationis, qua Dominus noſter electos ſuos inuitat, ad deſerendum mundum, per Ægyptum ſignificatũ in quo Dæmon tanquam alter Pharao, vult illos terrenis operibus ſemper occupari. Deus verò; cùm eos vocat, inſpirat, vt accedãt ad ſacræ Religionis ſolitudinem, in qua offerant ſacrificia & holocauſta trium votorum: poſtquam trium dierum iter confecerint, facientes in fine eorum tres ſtationes. quemadmodum Hebræi fecerunt, cum exiuerunt ex Ægypto. Quæ ſtationes ob oculos nobis proponunt tres inſignes renunciationes, quas faciunt, qui Religionem ingrediuntur: ſuntque materia trium votorum, quæ ad finem tyrocinij offerunt.

c *Exod.* 5.3. & c.3.18. Deus electos inuitat.

Primi diei iter eſt renunciatio omnium perſonarum huius mundi, quas valde diligunt & magni faciunt: quales ſunt parentes, fratres, cognati, & amici; Renunciatio item iuris habendi eas perſonas, quæ mutuò valdè tenerè ſe diligunt, quales ſunt cõiuges & filij: vt liceat ipſis in perpetua caſtitate viuere, exuentes radicitus ex corde inordinatum ad huiuſmodi perſonas affectũ & mortificando omnem carnis & ſenſuum amorem erga eas. Id enim Deus

iubet nos facere, cùm dicit, ſicut Abrahamo: d *egredere de terra tua, & de co-*
d *Gen.* 12. 1. *natione tua, & de domo patris tui; & veni in terram, quam monſtrauero tibi.* &
*Pſal.* 4. 11. illud Pſalmi: e *audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum*
e *Hebr.* 7. 3. *tuum, & domum Patris tui. Et concupiſcet Rex decorem tuum*: perſuadentes no-
bis Religioſum (vt Sanctus Bernardus ait) debere eſſe ſicut Melchiſedech,
de quo dixit Apoſtolus, quod fuerit e *ſine Patre; ſine matre, ſine genealogia*: &
conſequenter neque vxorem habuit, neq filios, neque cognatos in mundo:
non quod verè non habuerit parentes & genealogiam; ſed quòd nulla fit eo-
rum mentio, aut memoria, quaſi nihil horum habuerit: ita igitur Religioſus
etſi parentes habeat, fratres & cognatos: ita tamen conſtitutus eſſe debet,
atq; ſi nihil horum haberet: eò quòd ex toto corde ſuo eorum obliuiſcatur.
f *Exod.* 12. 37. Sed in hoc itinere magnæ anguſtiæ & anxietates tolerātur. Nam propterea
populus hæſit in f *Rameſſe*, quæ teſte S. Hieronymo, erat ciuitas quædam in
finibus Ægypti: quo receperant ſe Hebræi, vt citiùs fugerent: & ipſa vox
*Epiſt. ad Fabiol. de 42. manſionib. vide in tomo. 1 Tract. 3. c. 2.* ſignificat commotionem turbatam, ſiue amaritudinem; ad inſinuandam
horrendam turbationem & amaritudinem, quæ oritur in corde, cùm eſt
hæc renunciatio facienda. Nam quemadmodum homo in morte corporis
grauiter fert, deſerere cognatos, & amicos, & quos tenerè amat: ita in hac
ciuili morte plurimùm ſentit hoc diuortium; grauesque ſunt fluctus cogi-
tationum, & ſenſuum ſpiritum oppugnantium, ac turbantium: donec diui-
na gratia adferat illi quietem, edito voto perpetuæ caſtitatis in vita à ſeculo
ſeparata, Idem etiam prædixiſſe videtur ipſa vox *Rameſſes*, quæ ſimul ſignifi-
g *Ioan.* 16. 21 cat tonitruum gaudij: eò quòd hæc renunciatio inſtar tonitrui initio terre-
at; ſed poſtea magnum adferat gaudium; iuxta illud Saluatoris noſtri: g *mu-*
*lier cùm parit, triſtitiam habet: quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum,*
*iam non meminit preſſuræ, propter gaudium: quia natus eſt homo in mundum.* Ita
qui vera & firma deſideria, Chriſto Domino ſeruiendi, concepit: cùm ea o-
pere ſunt præſtanda, quaſi partûs doloribus cruciatur: eò quòd à ſuis dile-
ctis recedat, & omnem erga eos affectum deponat: ſed ſtatim atque ea
feruenter exequitur, ingenti afficitur gaudio: quaſi nouus homo ſit na-
tus in mundo, in Chriſto renouatus, qui nouam inſtituat vitam, ipſius Chri-
ſti vitæ ſimilem.

2. SECVNDI diei iter & progreſſio, quàm diuina vocatio inſpirat, eſt re-
h *Exod.* 12. 37. nūciatio rerum omnium temporalium, quas in mundo habebamus; & ſpei,
iuriſque eas recipiendi: vt poſſimus viuere in perpetua paupertate, non ha-
*S. Bernar. Sermo. 9. de Reſurrect.* bentes domos, non agros, non poſſeſſiones; nec rem vllam, quæ noſtra pro-
pria dici poſſit. Et tunc tranſitur cum Hebræis ad ſecundam ſtationem in
h *Sochoth*, quæ vox ſignificat tentoria peregrinantium: ſors enim & vita
*1. Timot 6. 8.* Religioſorum, eſt quaſi iter agentium & peregrinorum: qui neque habent,

neque

neque in itinere quærunt bona ſtabilia; ſed, vt Apoſtolus dixit: i *habentes a-
limenta & quibus tegantur, his contenti ſunt*; perguntque in ſuo itinere abſque
vlla mora per ſemitam Euangelicorum conſiliorum, vſque ad ipſam æter-
nam vitam, quæ eſt vera ipſorum patria. Quod ſi domum aliquam aut a-
gros in hoc mundo habent, id illis eſt tanquam tentorium iter agentium,
aut peregrinorum hoſpitium in quibus non hærent, niſi tanquam in tranſi-
tu, & quamdiu præſcribit obedientia: ideoque ſtatim atque ipſa iubet, vt aliò
ſe transferant, locum illum relinquunt. Nominatim autem Tyrones ſunt:
quaſi peregrini in aliena terra: nam neque in mundo ſunt, quem iam deſeru-
erunt; neque in Religione, cui necdum ſunt per vota incorporati: ſed per-
gunt, vt Religionem ingrediantur, quæ eſt terra; quam Deus eis monſtrauit.
Et quemadmodum qui ſemper vixit in ſua patria multo populo refecta;
cum inde exit ſolus, & incipit per locum aliquem deſertum ambulare, ſen-
tit naturaliter triſtitiam & affligitur, quòd ſe videat ſolum pauperem, & e-
genum rerum, quas priùs in magna copia habebat; & quòd cum ignotis
hominibus ſibi ſit agendum: ita qui diſcedit ex ſæculo, in quo omnia relin-
quit, valde oppugnatur fluctibus triſtitiæ ac deſolationis, ob defectus rerũ,
quos ſuſtinet corpus; & propter ſolitudinem, & auerſionem quam noua vi-
uendi ratio ei adfert: ſed e veſtigio diuinæ vocationis accedit gratia, vt con- k *Geneſ. 18. 10. & c. 13. 10.*
ſoletur triſtem, oſtendens ei, ſicut Patriarchæ k *Iacob* ſoli, ac egeno in medio
ſolitudinis, regnum ipſum Dei: vt ſupra retulimus. Et ſic triſtitia vertitur in
gaudium; ſolitudo in iucundam ſocietatem &, regio incognita in patriam
propriam.

Hinc Transitvs fit ad iter tertij diei, renunciationem ſcili- 3.
cet ſui ipſius, propriæ libertatis, voluntatis, & iudicij: qua ſeipſum his
omnibus ſpoliat, vt perfectiùs impleat Dei voluntatem; viuatque in perpe-
tua Obedientia eorum, quos ipſe ſuo loco conſtituit. Et hæc eſt præſtan-
tior multò renunciatio, qua peruenitur, ſicut Hebræi, in l *Etham*: quæ erat l *Exod. 13. 20.*
*in extremis finibus ſolitudinis*, & ſignificat: immaculatus ſeu *perfectus ero*. Hac
enim renunciatione facta, & accedente obedientia, plena obtinetur perfe- *Vide Riberam in id Oſea. 6. 46. Poſt duos dies. viuificabit nos.*
ctio Euangelica; ad quam diuina dirigit Vocatio: Nam non dicit: *ſum* per-
fectus; ſed *ero*: non enim propterea eſt perfectionem conſecutus, ſed
efficax tantùm eſt propoſitum dandi operam, vt conſequatur: cùm,
quod in ſe eſt, fecerit, quod opus erat, ad emittenda tria vota. ex
quo incipit obligatio, perfectionem procurandi. Sed quia *Etham*
(teſte Sancto Hieronymo) etiam ſignificat fortitudinem, & perfectio-
nem: inſinuatur magna opus eſſe animi fortitudine, vt ad ſtationem
illam perueniatur: eò quòd terribiles ſint hoſtes oppugnantes eos
qui ex Ægypto exire volunt, & hanc trium dierum viam perage-

re. vt ſtatim apparebit ex ijs quæ fecit Pharao vt Hebræorum exitum impediret.

MVLTVM verò refert, aduertere: quod quemadmodum Hebræi nec ſapientiam, nec fortitudinem per ſe ipſos habuiſſent, ad exequendum quæ vocatio diuina præſcribebat; nec potuiſſent ex Ægypto exire nec Pharaonis reſiſtere furori, nec trium illorum dierum iter ad ſolitudinem vſque perficere, niſi Moyſes & Aaron eius frater duces eorum fuiſſent; qui pro eis loquerentur, qui eis conſulerent, quæ facere deberent; qui conſolarentur in difficultatibus ac periculis animos eis facerent; & in reliquis omnibus rebus eis auxilio eſſent. Ita etiam, qui à Deo ſunt ad Religionem vocati, non debent ſibi tantum tribuere, quod per ſeipſos omnia implere poſſint, quæ vocatio Diuina eis inſpirat, & committit: nec ſoli fortitudinem habebunt ad reſiſtendum horrendis impugnationibus ac difficultatibus occurſuris in ipſa executione: niſi ab aliquo ſpirituali Patre adiuuentur, & quaſi ab itineris Duce dirigantur, & excitentur in totius itineris progreſſu. Ante ipſum quidem ingreſſum vti debent opera ſui Confeſſarij; aut eius, per quem Deus illos vocauit: Poſt ipſum verò in Religionem ingreſſum, habet Deus in illa fratres duos, Moyſen & Aaron, Ducum officio fungẽtes: Prælatum ſcilicet, qui eſt proprius paſtor, per Moyſen ſignificatus; & Tyronum Magiſter, aut Confeſſarius, aut is, cui ex officio incumbit cura rerum ſpiritualium: qui ſignificatur per ſacerdotem Aaron. nam vterque valde inter ſe coniuncti & animo conformes vigilant & attendunt gubernationi, profectui, & perfectioni eorum, qui ſunt ſibi commiſſi; & Nouitiorum nominatim, qui ſunt plantæ teneriores: ideoque magis indigẽtes adiutore. Qui propterea ad ſuos illos Duces ac directores in omnibus ſuis preſſuris debent meritò recurrere: vt ipſis in quibuſcunque tentationibus adſint, bene conſulant, & in moeroribus ac timoribus animos addant, & conſolentur; ac in omnibus operibus & exercitationibus eos dirigant: & ipſi eorum directionem in omnibus prædictis vitæ perfectæ itineribus promptè ſequantur, donec ad eius finem pertingant, ſeruantes omnia monita, quæ de his omnibus rebus in ſequentibus capitibus tradentur.

*Vide Tom. 1. tract. 2. c. 9. & Tract. 3. c. 8.*

In religione duo ſunt Duces.

CAPVT

# CAPVT II.

## TENTATIONES QVIBVS DÆMON ET MVNDVS *Oppugnant volentes ingredi Religionem; & ratio eas ſuperandi. Ponitur quædam omnium earum ſumma.*

QVI DECREVERVNT Diuinæ vocationi parêre, & Religionem ingredi, præmiſſis renunciationibus ac dierum itineribus prædictis, vt plurimùm tranſire debent per variarum tentationum & probationum fornacem: in qua quidem à ſex diuerſis perſonis exercentur: quarum tres hoſtes ſunt, & oppugnant, vt deijciant; aliæ tres amicæ ſunt, quæ in ipſorum vtilitatem illos probant, & exercent. De quibus ordine ſuo dicemus. Tres primi ſunt Dæmon, qui dicitur Princeps huius mundi; ipſemet mũdus, hoc eſt congregatio hominum mundanorum, qui magni faciunt & inanimè amant res terrenas; ac deniq; caro & ſanguis, parentes ſcilicet & cognati qui ſanguine ſibi iunctos ſecundùm carnem amant; qui omnes, carnis instinctos propenſione in ſuis affectibus permouentur: omnes autem ſunt miniſtri & inſtrumenta præcipui tentatoris, hoc eſt Dæmonis. Cuius horrendæ tentationes in eos, qui conſtituerunt ſequi diuinam vocationem, exſtimulantem ipſos ad fugam ſæculi; & vt ſe ad Sacræ Religionis ſolitudinem recipiant ad viuum valdeque exactè depictæ ſunt in ijs, quæ Pharao fecit in populum Hebræum: cùm Moyſes & Aaron ei manifeſtarunt Dei vocationem, quæ iubebat ire ad ſacrificia ſibi in deſerto offerenda. Nam quemadmodum Tyrannus ille omnibus viribus conatus eſt exitum illum impedire multis adhibitis violentijs & rationibus dolo & aſtutia ſerpentinâ plenis. Ita etiam Sathan transfigurans ſe in Angelum lucis; omnia poſſibilia impedimenta apponit contra Religionis ingreſſum; nunc apertè, & manifeſtè; nunc rationibus apparentibus & pietatis alicuius magnæ prætextu, fraudes ſuas obtegendo. Cuius artes & aſtutias fuſiùs declarauimus cum de eius tentationibus ageremus. Præmiſſis autem, quæ ibi attulimus, vt quæ omnibus Chriſtianis ſint communia: ea ſolùm hic afferemus, quæ ſpectant ad eos qui volunt eſſe Religioſi. Præmittimus autem non omnes eaſdem pati tentationes; ſed alios has, alios illas: omnium tamen ſubijciemus quandam ſummam: vt quiſque poſſit ſuas agnoſcere, & contra eas depugnare.

(.·.)

Tentat mundus caro, dæmon.

*tomo. 2. tract. 2.*

## §. I.

### *Qua ratione ſuffocetur vocatio Dei, eiuſq; opinio imminuatur.*

PRIMVM Pharao duabus Diabolicis artibus vſus eſt: alterâ vt Heb obliuiſcerentur, & cogitationes ac deſideria deponerent, quæ co perant eundi ad offerenda ſacrificia, alterâ verò ne veram exiſtim reuelationem, quaſi Deus ipſe illis id iuberet; ſed falſam ac fictam. Ad mum obtinendum, vocauit a *Præfectos operum & exactores populi*, proh
a Exod. 5. 6. illis *vltra dare paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut priùs: ſed ipſi*, inqu *dant & colligant ſtipulas, & menſuram laterum, quam priùs faciebant*, im *ſuper eos, nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcirco vociferantur*, dic *mus & ſacrificemus Deo noſtro Opprimantur operibus, & expleant ea*, vt n *quieſcant verbis mendacibus*, quæ ſunt ſumma & ficta deliria per Moy Quem vt pro tali haberent, vſus eſt Pharao ſecunda ſua arte & aſtuti enim & prodigia, quæ Moyſes adferebat; & adhibebat in teſtimonium, Deus exitum Hebræis imperaret; ipſe conatus eſt obſcurare, & opini minuere. Quare adhibuit ipſe ſuos Magos: qui ſimilia facerent prodigi ſic verum eſſe oſtenderet, quod ipſe dicebat.

HVNC IN MODVM Sathan capitalis hoſtis diuinæ vocationis cont eam duabus ſimilibus vijs demergere & ſuffocare. Altera eſt, qua iubet liquos Dæmones ſuos miniſtros, ad tentandum circa res terrenas de tos: vt vocatos à Deo opprimant negotijs & occupationibus terrenis, & caſiones illis offerant, quibus à tali cogitatione auertantur; ſeque effun ad aliqua temporalia bona, etiam parui momenti, quærenda: vt his cog onibus & curis implicati, obliuiſcantur diuinæ vocationis; ac piorum deriorum quæ conceperant. Et in eum finem ſuggerunt illis matri valde honorifica hæreditates, aut poſſeſſiones, aut dignitates, & officia miles res alias, quæ omnes ſunt quaſi paleæ, & ſtipulæ vacuæ, & inanes bus conficiuntur, & coquuntur lateres peccatorum: ſed cogitatione men ac deſideria à tentatore ſuggeſta, ſuffocare ſolent ſementem di vocationis, iuxta illud Chriſti Domini de ſemente; quæ cecidit inter ſp b *hi ſunt*, inquit, *qui audiunt, & a ſolicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus euntes ſuffocantur*. Tales enim cogitationes, quæ illos huc illuc trahunt, quam ſpinæ ſunt, quæ concepta pia deſideria euaneſcere faciunt, nec fructum aliquem proferre.

Monet vocatos ad terrena.

b Luc. 8. 15. Mat. 13. 22.

Sed qua ratione tales cogitationes ſuffocant diuinam vocationem? interdum quidem: quia illam ex memoria excludunt ita, vt ampliùs qui vocabantur, eius non recordentur. ſemel enim immerſi deſiderijs bonorum terrenorum; non recordantur cœleſtium, vt ea quærant. Interdum autem eandem ſuffocant modo alio magis pernicioſo: quia ſcilicet non exiſtimant verè eſſe vocationem & inſpirationem Dei; ſed quaſi propriam imaginationem, ſiue apprehenſionem, & ſcrupulum. Nouit enim Sathan, huiuſmodi fraudes intexere: vt vocationum Diuinarum opinionem conceptam imminuat; ſuggeſtiones contrarias ſubmittens cum tanta pace & tranquillitate; & tanta rationum, piorumque prætextuum apparentiâ, vt hæ videantur veræ vocationes; aliæ verò, quæ Dei ſunt, videantur falſæ, & fallaces: c *ponentes*, vt ait Iſaias, *tenebras lucem, & lucem tenebras*.

Vocationis memoriam excludit.

c Iſaia 5. 20

Contra Has Sathanæ artes & aſtutias pugnandum eſt ſtrenuè vocatis ad Religionem, modis in præcedenti tractatu poſitis, perſuadentibus ſibi vocationem ſuam verè eſſe Dei, propter omnes rationes ibi poſitas.

Qvam Veritatem vbi ſemel agnouerint, talemque eſſe certò ſibi perſuaſerint: omnes tempeſtates contra eam exortas, tribuent certò ſuis hoſtibus, Dæmoni mundo & carni; conantibus ipſos vocatos inquietare, & à bono propoſito deterrere. Sufficiet porrò ad refutandum, & confundendum tentatorem, aduertere: omnes eius maledictas ſuggeſtiones eò tendere vt quærantur paleæ, & conficiantur lateres: pungendo & lædendo ipſos quærentes, quaſi ſpinæ: At vocationes & inſpirationes Dei ſemper dirigi ad res ſolidas & præcelſas in vtilitatem animarum.

Id Qvod Ipsemet Dominus per Ieremiam Prophetam apertè dixit: d *Propheta, qui habet ſomnium, narret ſomnium; & qui habet ſermonem meum loquatur ſermonem meum verè: quid paleis ad triticum? dicit Dominus.*

d Ier. 23. 28.

Nvnqvid *non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram?* Quaſi dixerit: Dæmonis ſuggeſtiones ſunt ſomnia; inſpirationes autem meæ ſunt veritates ſolidæ ac certæ: illæ ſunt palea vacua; hæ ſolidum triticum; meæ ſunt ignis Charitatis liquefaciens animas; & malleus conterens, & mollefaciens duritiem cordium per dolorem peccatorum; Dæmonis, ſunt quaſi ignis cupiditatum, & malleus magis indurans quaſi incudem quærendis rebus terrenis. Quid igitur hæ cum illis habent, quod *ſeparate pretioſum a vili*; nolite curas admittere ac de rebus perituris ſolliciti eſſe, quæ vos à vocatione diuina retardent *ſpiritum nolite extinguere*

Dei vocatio ignis charitatis.

*guere*, nec ſcintillas bonorum deſideriorum, quæ Deus vobis inſpira
1.Theſ.5.14. uellite ſpinas in cordibus veſtris prodeuntes ex Dæmonis ſuggeſtio
comburite illas igne diuini amoris: vt vocationis diuinæ ſementis cop
ſum valde proferat fructum.

## §. II.

*Quod poßit perfectio in ipſo ſæculo obtineri.*

SVPERATA hac prima tentatione, altera exurgit valde laruata, vo
vocatis perſuadere; illud præcipuum, ad quod vocatio diuina te
poſſe in ipſo mundo obtineri. Dicit enim, quod Pharao reſpondit
a Exod 8.25 bræis: a *ite & ſacrificate Deo veſtro in terra hac:* & facite in Ægypto, quod
lebatis facere in deſerto: nemo enim vos impediet. Quaſi diceret: non
vos impedire quò minùs Deo veſtro ſeruiatis; & ſacrificia quæ cupitis
ratis: ſed ſeruite ei hic in ſæculo, cùm poſſitis id ſatis bene facere: neq;
eſt ad Religionum deſerta confugere: cum in Ciuitatibus, & oppidis
ſint viæ & rationes ad cœlum perueniendi; & inter veſtros cognatos &
cos licet perfectionem aſſequi, quemadmodum multi ſancti in ſæculo
nentes, eam ſunt aſſecuti. Cui fraudulentæ propoſitioni magno anim
ſpondent, qui deceptionem detexerunt, ſicut Moyſes: *non poteſt ita fier*
*minationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro: quod ſi mac*
*rimus ea, quæ colunt Ægyptii coram eis lapidibus nos obruent.* Atq; ſi clariùs
xi[illegible] cùm Deus Dominus noſter iuſſerit, nos ei ſeruire in ſtatu perfecti
ligionis: non poſſumus in ſæculo remanere. Nam nõ expedit nobis in ſæc
lo offerre Deo res abominabiles, quas mundus ei offert; nec ipſe mundus
tietur; vt ea, quę cupimus, offeramus ſi mundum imitemur, peribimus: q
ſi ei reſiſtamus, lapidabit nos. Quare duplex in mundo, & quidem ing
periculum nobis imminet. Alterum eſt: ne ipſe nos poſt ſe trahat: vt eo
do ſeruiamus Deo, quo ſeculares homines ſeruiunt offerentes abomin
& horrenda ſacrificia. nam ſi quæ bona opera faciunt, vanas illis imm
Ita explicat Abulenſis. intentiones, & commoda temporalia; valdéque imperfecta, & cum
defectibus ea faciunt: nam tantum ex diuina lege accipiunt, quantum
ſuo mundano honore, & emolumento poſſunt; reliqua verò eiuſdem
conculcant. Quamobrem iure optimo de illis dicit Dominus, quòd
b Iſai. 1.13. eorum b *ſacrificia admittere*, & quod *incenſum eorum ſit ipſi abominatio*
c cap. 64.6 eorum *manus plenæ ſunt ſanguine, &c. vniuerſæ eorum iuſtitiæ: quaſi pannus m*
*ſtruatæ*, maculis ſcilicet peccatorum. Opera enim ex ſe iuſta, in ipſis, ob
cumſtantias prauas, ſunt deteſtanda: & qui inter eos remanet, pericul

ponitur, ſequendi eorum veſtigia, in offerendis Deo eiuſmodi abominatio-
nibus. Hac itaque animati conſideratione, liberrimè Dæmoni reſpondebi-
mus, & magna cum admiratione dicemus: *num abominationes Ægyptiorum
immolabimus Deo noſtro?* & ita ei ſeruiemus, ſicut ſeruiunt ſæculares? ſi eo-
rum criminum ſumus participes: erimus proculdubio etiam pœnarũ. Qua-
re nolumus nos periculo exponere, ſi in mundo remaneamus, imitandi eo-
rum abominationes, & perdendi animas noſtras contrahentes peſtem de-
ſtruentem eorum animas.

Et Qvamvis ipſe mundus non traheret nos poſt ſe; ſed ſtatuamus vi-
uere in eo cum ea perfectione, qua optamus in Religione: tamen adhuc alte-
ri periculo erimus expoſiti, vt nos lapident, videntes iugulari à nobis ea,
quæ ipſi adorant; & abominationem exiſtimant talem ſacrificij modum. Nã
illi adorant & venerantur diuitias, honores, ac voluptates: quia eorum Deus
venter eſt, & gloria vana, & idolum eſt ipſa cupiditas. Quod ſi nos hæc om-
nia conculcemus, offerentes Deo noſtro holocauſtum Paupertatis, Caſti-
tatis & ſubiectionis; dantes noſtras facultates pauperibus, reijcientes coniu-
gia, amantes contemptus, condonantes iniurias; & omnibus mancipiorũ in-
ſtar ſeruientes: quid mundani dicent, qui hæc omnia reputant abominanda?
& quid facient nobis cognati, & noti noſtri, qui id putant ſibi ignominioſũ?
lapidabunt nos multis murmurationibus, & querelis; tot nobis adferent
moleſtias, & vexationes: vt non poſſimus cum ea quiete Deo noſtro ſerui-
re, qua cupimus. Multò igitur melius eſt procul ab eis recedere, ne nos im-
pediant; & recipere nos ad Religionem, in qua multos inueniemus, qui no-
bis faueant & iuuent. Bene expertus eſt hanc veritatem S. Franciſcus glo-
rioſus, cum Deo cœpit ſeruire in paupertate: propter quod ſæpius à parente
ac domeſticis fuit lapidatus; ita vt, niſi tanta ſubſidia habuiſſet è cœlo, non
potuiſſet illis reſiſtere. Sed ſtatim atque ad vitam religioſam ſe recepit; con-
culcare cœpit pompas huius mundi: non pluris faciens eius lapides, quàm d *Pſal* 63. 8.
ſi d *paruulorum* fuiſſent *ſagittæ*. Id quod intra ipſam Religionem eſt val-
de facile; quia ſummo tribuitur honori, contrario modo viuere, quam viuat Lib. 2. Ep. 4.
ipſe mundus; & conſilium ſequi S. Ambroſij dicentis: ſi optas ſeriò ſeruire
Deo, quod refugit Ægyptius, hoc complectere. Ægyptius enim abomi-
natur ſanctitatem perfectam, & virtutem plenam: tu autem illa complecte- Virtus perfecta amplectenda.
re: contra verò abominare, quæ his contraria mundus amplectitur; fuge,
quod ille ſequitur; & ſequere, quod ille fugit: imitando Ducem tuum Chri-
ſtum Ieſum: vt liceat tibi dicere, quod ipſe dixit e *venit ad me Princeps huius* e Ioan. 14. 30.
*mundi; & in me non habet quidquam*, quod ipſius ſit.

## §. III.

*Ne procul à ſæculo recedatur.*

AVDIENS Pharao firmum animi decretum, ac reſolutionem, quam Moyſes illi reſponderat: quod non poſſet fieri in Ægypto, quod ipſe Pharao proponebat: dixit ei ſecundò: a *ego dimittam vos, vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: verùmtamen longius ne abeatis.* Quaſi diceret: víque ad confinia deſerti peruenietis, nec ad eius interiora progrediemini: volo enim vos in conſpectu habere; ne omnino fugiatis, & me relinquatis. Hæc *tertia* eſt tentatio, qua Sathan aggreditur vocatos à Deo ad Religionem: cùm eos videt iam decreuiſſe, vocationi Diuinæ parêre. Vult enim (vt ait Origenes) eis perſuadere, ne ad tertij diei iter perueniant; nec perfectionem illam aſſequantur, ad quam ſunt vocati; ſed vt maneant in confinijs mundi, & ipſi ſæculo proximi. Intendit enim hoc ab eis obtinere, ne omnino ipſius conſpectum & manus fugiant: vt ſic faciat, eos aſpicere retro, & ad ſæculum redire. Aliquibus dicit: ſi velint Deo cum perfectione ſeruire, ſatis illis eſſe, ſi ſtatum Sacerdotij ſuſcipiant: qui medius quodammodo eſt inter ſæcularem & Religioſum; manere tamen in ſæculo: in quo poſſunt offerre Deo ſacrificia valde grata; & ita perfectionem obtinere, quam deſiderant. Alijs dicit: ſi velint eſſe Religioſi, ſaltem ne id faciant in ea ſtricta Religione; ad quam propendent; ſed in aliqua laxiori, aut Militari: vbi & Deo & mundo ſatisfacere poſſint, viuentes cum aliquo honore, & ſpe alicuius emolumenti: obtinentes aliquod Beneficium, aut Eccleſiaſticam dignitatem; vt honori & commodo cognatorum & amicorum conſulant. Alijs ſuadet: ſi cupiant omnino Religionem ingredi: ne procul & ad locum ad quem à Deo vocantur, recedant; ſed id faciant in propria patria; vbi poſſent quotidiè ſuos parentes & cognatos videre, & cum eis conuerſari. Intendit enim hac via vt aſpectus rerum, quas relinquerunt, eas exſtimulet; vt redeant, & eaſdem recipiant. Denique omnibus ſtudet perſuadere, vt quamuis mundum ipſum corpore relinquant; ne tamen Spiritu procul abſcedant: ſed retineãt ſaltem amorem & affectum ad res, quibus renunciauerant, & valde tardè in exercitijs perfectionis progrediantur. Nouit enim callidus hic aduerſarius; eum, qui amorem tenerumq; affectum retinet ad ea, quæ reliquit: facilè ad eadem redire; & in initio conuerſionis torpentem & ignauum; nec contendentem feruenter progredi; citò deficere. Nam (vt ait Sanctus Leo Papa) ibi periculum incipit retrocedendi: vbi deſiderium ceſſat progrediendi.

OMNIBVS his pernicioſiſſimis hoſtis ſuggeſtionibus reſpondent prudentes, ſicut Moyſes, non verbis ſed operibus: tacentes quidem, ſed re

a Exod. 8. 28.

Hom. 5. in Exod.

Serm. 2. in quadrageſima. Idem S. Bernard. Epiſt. 253.

ipſa facientes, quod vocatio diuina illis ſuadet: & contendentes, quò poſsint
remotius, ab Ægypto recedere; & tres itineris dies cum magna perfectione
conficere; & ingredi ad interiora omnino ſolitudinis, vbi ſua vota & ſacri-
ficia ſecuriùs firmiusque Deo offerant in ea Religione, ad quam vocantur;
& non in alia, nec in alio loco. Nec audiunt conſilium Pharaonis, dicentis; b *Geneſ.* 19.
b *ne longius abeatis*; ſed Angelorum, qui dixerunt Loth, cùm è Sodomis eum 17.
eduxiſſent: *ne ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul
pereas*, aſcendens ſpiritu ad culmen perfectionis quam quæris: Et quemad-
modum Dauid cum Deus illi dediſſet alas columbæ; quas cupiebat, vt fu-
gere poſſet, ac requieſcere: ſtatim ſubiecit: c *ecce elongaui fugiens: & manſi in* c *Pſal.* 54. 8.
*ſolitudine*: ita qui à Spiritu ſancto inſpirationum alas, magnaque deſideria ac-
ceperunt volandi ad res æternas, & in eis quieſcendi: ſtatim fugiunt mundũ;
& elõgant ſe ab eo, quantum poſſunt corpore, & multò ampliùs ſpiritu: quò
ſe ipſos ſoli Deo creatori ſuo coniungant; relinquentes cor ſuum ſolita-
rium, & rebus omnibus creatis exutum: manent verò in ſolitudine vitæ re-
ligioſæ, in qua ad finem vſque vitæ perſeuerant: eò quòd requiem & ſolati-
um habeant, quod optabant.

## §. IV.

### *Ætatis, aut virium defectus.*

SED vlteriùs progreditur Pharaonis malitia, & aſtutia: qui aduertens,
priores ſuas artes, & rationes, quas attulerat, non ſufficere, ad Hebræos
retinendos: adiecit, ac dixit Moyſi: a *ite tantùm viri; & ſacrificate Domino:* a *Exod.* 10.
ſed maneant in Ægypto mulieres, & paruuli. Sed tertia eſt Sathanæ aſtutia, 11.
qua conatur aliquos debiles decipere, dicens eis: attendite, quòd ſtatus Re-
ligioſus ſolùm ſit pro viris, perſonis ſcilicet fortibus, ac robuſtis, qui integra
fruantur valetudine, & coroporis viribus polleant: nam debiles, iuuenes ac
teneræ complexionis, quales vos eſtis: non expedit iter adeò aſperum ac
difficile inchoare; quia non euadent.

PRÆSTAT igitur in Ægypto remanere, vitamque tolerabilem du-
cere, ſuæ debilitati accommodatam. Item in deſerto illo horrendæ
ſunt tentationes, ac pericula; quæ non poſſunt euadere, niſi viri animo-
ſi & valde exercitati: paruuli autem & non ſatis experti, tutiores ſunt
in ſæculo, vbi pugnæ ſunt mitiores. b *Si cum peditibus currens* (ait Ie- b *Iere.* 12. 5.
remias) *laboraſti: quomodo contendere poteris cum equis?* Cum igitur
in terra tua, quæ eſt pacis, ſis tutus: cur cogitas tumentes Iordanis
fluctus pertranſire? Vix præcepta diuina ſeruare potes: & audes cogitare

de ſer-

de ſeruandis Euangelicis conſilijs? vix poteris tentationes ferre caſtorũ coniugum in ſuo ſtatu: & aſſumis tibi tantum, vt vincere velis pugnas & con-
c 1. Cor. 7. 9. ctus continentium & virginum? attende, quod Apoſtolus dixerit: *c melius eſſe nubere, quam vri*; & ſaluari in ſtatu imperfecto; quàm in valde perfecto perire. Hæ ſunt Sathanæ aſtutiæ: cõtra quas præualet vocatio diuina dicens
d Exod 10. 9. cum Moyſe: *d cum paruulis & ſenioribus exeundum eſſe* & pergendum in deſertum: eò quòd eſſet *ſolennitas Dei* magna, qui volebat omnes ei ſolennitati intereſſe. Quæ figura fuit vocationis diuinæ ad ſtatum religioſum; quæ non ſolùm viros robuſtos ſed etiam virgines imbecilles vocat, & teneros e par-
e Matt. 19. 14. Mar. 10. 14. *uulos*, vt ſupra eſt dictum. Et qui illos vocare dignatur poteſt, & vult vires & fortitudinem eis conferre; vt in Statu, ad quem vocantur, ipſum ſequantur. Si vocaris: non eſt quod timeas: Sed forti animo hoſti reſpondere poteris: Quid agis aſtute ſerpens, vt me decipias? ſi hæc profectio ſolis humanis viribus inſtituenda eſſet: etiam viri eis carent: ſi autem viribus cœleſtibus est peragenda, etiam imbecilles mulieres, & paruuli habere eas poſſunt. Quare nec eam aggrediar, eò quod ſim iam vir; neque deſeram, eò quod ſim paruulus. Tutò ſequi volo vocantem me; cuius vocatio paruulos efficit viros, tribuens debili corpori virilem animum; & vires Dei, corpori fictili ac debili. non timeo imbecillitatem meam: ſcriptum eſt enim: *f qui ſperant in Do-*
f Iſa. 40. 31 *mino, mutabunt fortitudinem; aſſument pennas ſicut aquilæ; current & non laborabunt; ambulabunt & non deficient.* Current, inquit, abſque labore, non ſolùm æquè, atque pedites: ſed etiam atque equites: imò vtroſque in ſuo curſu ſuperabunt: quia alas aquilæ habebunt ad volandum tam altè, vt *g faciant vo-*
g Mat. 6. 10 *luntatem patris in terra, ſicut fit in cœlo.* Si itaque poſſum in hoc curſu cum cœleſtibus conferri: cur non poſſim cum terrenis? O callide ſerpens: cur mihi dicis, habiturum me pacem in patria mea? ſi enim fidem tibi adhibuero, vincar omnino, & ſuccumbam ſicut Adamus, licèt ſim in ipſo paradiſo. Et
h Iob. 9. 4. *h quis* poteſt *Deo* vocanti *reſiſtere, &* quietem *pacemque* aliquam *habere*? Pax mea tunc eſt: cùm obedio Deo, & tibi reſiſto: & ſic etiam in medijs tentationum flammis non vrar. Qui enim tres pueros liberauit de camino ignis Babylonis: etiam me eripiet ab igne Luxuriæ: & qui præcipitis Iordanis fluxum continuit, vt electus eius populus ſicco veſtigio pertranſiret: mihi etiam tranſitum præbebit vitæ religioſæ, quantumuis illa impugnetur, vt ad perfectionis culmen & ipſam æternam vitam perueniam.

(∴)

## §. V.

*Cautionem aliquam in ſæculo relinquendam quæ intrantes Religionem retrocedere faciat.*

AVDIENS Pharao Moyſis reſolutionem, & firmum animi decretum, adiecit quartò; a *ite, ſacrificate Domino: oues tantùm veſtræ, & armenta remaneant: paruuli veſtri eant vobiſcum.* Qua arte intendebat illud Pharao, vt Hebræi redirent in Ægyptum: ne bona fortunæ, quæ in eo relinquerent, amitterent. Hac eâdem arte & aſtutiâ vtitur Sathan ad eos decipiendos quos videt certò ſtatuiſſe, ingredi Religionem. Suadet enim, omnes ſuos greges, hoc eſt facultates in mundo relinquere, ſuiſque amicis & cognatis tradere: tum vt eos huiuſmodi bonis ditantes, carnalem ſuum amorē, quo adhuc eos proſequuntur, oſtendant: tum, vt eadem bona ſint aliquo modo indicium & pignus ſui ad ſæculum reditûs; cogitantes & confidētes, ſi redire voluerint, non defutura ipſis quibus ſe poſſint ſuſtentare. Qui autem haſce hoſtis ſui technas nouit: reſpondet ſicut Moyſes: omnes ſuos greges, ſe in deſertum ducturum, magnos & paruos, ita vt b *non remaneat ex eis vngula*, hoc eſt nec minima pecudum: nam pro Sacrificio Deo offerendo omnes eſſe neceſſarias, quaſi expreſſiùs diceret: ſicut ego ipſe ex mundo exeo; ita exire debet, quidquid intra & extra me eſt, quod ad me ſpectet. Et quemadmodum ego meipſum totum Deo trado; ita debeo omnes meas potentias, ſenſus, & affectus eidem tradere; omneſque ſimul poſſeſſiones & diuitias; vt nulla mihi ſuperſit ſpes eaſdem recipiendi. Nam; (vt S. Baſilius ait) qui Deo ſeipſum tradit & conſecrat, debet meritò omnia ſua eidem tradere & conſecrare: vt quod eſt acceſſorium ſequatur, principale. Quomodo autem res ſuas Deo tradet: niſi pauperibus eas largiendo, in quibus ipſe Chriſtus eſt? ita enim ipſe dixit cuidam probo adoleſcenti: c *ſi vis perfectus eſſe, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.* Non ait, vt ſua quocunque modo relinquat; ſed, vt à ſe illa alienet duplici via: Prima, iuſtitiæ, ea vendendo; ſecunda, miſericordiæ, eleemoſynam faciendo: vt ſic ſpoliatio illa; & alienatio ſit magis irreuocabilis; nec ipſe appetat redire, vt ſtabilia bona ſi quæ iam eſſent in pauperum poteſtate, recipiat. Id faciebant primi Chriſtiani, tanquam perfecti Religioſi; d *vendebant enim poſſeſſiones, & ſubſtantias ſuas, &* e *adferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum: & diuidebatur ſingulis prout cuique opus erat.* Aduerte autem (ait S. Hieronymus) Chriſtum Dominum noſtrum non dixiſſe viro illi, vt partem aliquam venderet; ſed omnia, quæ haberet; eaque daret, non amicis, non cognatis, non notis; ſed nihil tibi referua, quaſi tibi defuturum; & om-

a Exod. 10. 24.
b Ver. 26.
Reg. 9. ex fuſ.
c Mat. 19. 21. Luc. 10. 22.
d Act. 2. 45.
e c. 4. 34.
In reg. Monach. c. de paupert.

nia *da pauperibus*: f *faciens tibi amicos de Mammona iniquitatis, vt te recipiant in æterna tabernacula.* Et tunc *veni & ſequere me.* In pauperibus autem, quibus tua bona trades; non tam ſpectes, an ſit ſacerdos, an cognatus aut conſangui- neus: quàm an verè ſit pauper, hoc enim nomine ſunt ei tadenda. Et S. Am- broſius idem ampliùs explicat, docens modum in ea diſtributione ſeruan- dum. Bona, inquit, liberalitas eſt, cognatos nō contemnere, quos noſti re- liqua neceſſitate conſtitutos: præſtat, te illis in ſua paupertate ſubuenire, quam, niſi facias; cogere, vt cum rubore ab extraneis remedium ſuæ mi- ſeriæ mendicent. Ita tamen vt cognati tui non exiſtiment, ſe ex ijs rebus di- tandos, quas tu habes pro pauperibus: non enim conſecras te ipſum Deo, vt cognatos tuos diuites facias; ſed vt æternam vitam tibi compares, fructu bonorum operum; tuaq; peccata redimas pretio miſericordiæ. Dicent for- te: modicum eſſe, quod à te poſtulant. Sed ſcito, quòd ſpoliare te velint præ- mio tuæ eleemoſynæ, tuæq; vitæ fructu. Ac præter hæc omnia, te accuſabunt, quòd eos non ditaueris, volentes æterno te præmio ſpoliare.

f Lucæ, 16. 9.

Lib. 1. offic. c. 50.

SED particulare myſterium in eo latet, quòd Moyſes dixerit: quòd non vellet *remanere* in Ægypto nec *vngulam*. Fortè propterea quòd vngula ſenſu myſtico, affectum ſignificet ad res terrenas: ſolet autem Dæmon huiuſ- modi vngulas ſiue affectus arripere, ad perdendas animas huiuſmodi affecti- bus laborantes: in quo artificio ingenium ſequitur Dan; de quo dixit Ia- cob quod f *fieret ſicut Coluber Ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi,* ... *ſcil. carnis affectiones vt cadat aſcenſor eius retro,* hoc eſt ſpiritus noſter, vt ... diximus. Quare deſerentes Ægyptum, ſtatuere apud ſe debent, ne vnam quidem vngulam, affectionem ſcilicet, ad rem quamcunq; huius mundi in eo relinquere: ſi enim Dæmon vel ex ea vngula eum liget; trahet ipſum ad locum, in quo res dilecta manet. Vbi enim theſaurus noſter eſt, ibi & cor no- ſtrum erit: corpus autem eò libenter tendit, vbi cor eſt alligatum.

f Gen. 49. 7. Tomo 1. Tract. 2. c. 7.

§. VI.

*Apertarum tentationum agmen.*

DENIQVE Dæmon, cùm videt, artes ſuas, & aſtutias fruſtrari apud eos, quos Deus vocat; quia videt, celeriter eos mundum fugere: facit quod Pharao, cùm vidit Iſraëlitas diſcedere ex Ægypto. Nam a *iunxit popu- lum, & currus, & Duces totius exercitus cum multis electis curribus, & perſecutus eſt filios Iſrael*: & facilè eos fuiſſet aſſecutus: niſi Deus prodigiosè mare ru- brū aperuiſſet, *vt graderentur filii Iſrael in medio Maris per ſiccum*: in quo poſtea *omnes Ægyptios, & currus, & equites eorum, qui ſequentes, ingreſſi fuerant mare, operuerunt aquæ ita, vt neque vnus quidem ſuperfuerit ex eis.* Hunc in modum Dæmon cum tota ſua infernali potentia, omnes ſuas vires intendit in ...

a Exod. 14. 7.

ext

[fug]entes ab eius obſequio ad Religionis deſertum: congregans innumerabiliũ
[t]entationum agmina intra eorum corda: & impetu facto, reuocans illis in
memoriam parentes, fratres, & cognatos, quibuſcum in ſæculo degebant; &
[i]maginariam diuitiarum ac delitiarum apprehenſionem; quibus priùs frue-
bantur: & ob oculos ponens ſpes illas dignitatum, honorũ, & amplitudinũ,
quas priùs affectabant; & commouens corporis humores; cogit prodire fu-
rentes ſenſuum paſſionum equos; & inanibus timoribus, grauiſſimis triſti-
tijs profundaque animi abiectione ac deſperatione eos vexat; ac denique
capitalium vitiorum currus cum omnibus ſuis comitibus adornans, bellum
infert: curribus inquam ſuperbiæ, luxuriæ, auaritiæ; curribus gulæ, inuidiæ, b *Exod.* 14.
& acediæ. Et in eas *anguſtias eos* redigit: vt interdũ dicãt, quemadmodũ Iſra- 11.
litæ Moyſi dixerunt: b *quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Ægypto? mul-
to melius erat ſeruire Ægyptiis, quam mori in ſolitudine.* Ita inquam hi dicunt:
quis nos fecit ex mundo exire, & in tot redegit anguſtias? melius nobis fuiſ-
ſet ibi manere, & viuere etiam communi aliorum more: quàm hic inter tot
mori tentationes: cùm cogitaſſemus vitam perfectam obtinere. c *Si ſic mihi* c *Gen.* 25. 22
*futurum erat:* (ait Rebecca) *vt duo paruuli in vtero meo colliderentur; quid neceſſe* 2
*fuit me concipere?* & ego, ſi tantam contradictionem & pugnam intra ſpiritũ
meum toleraturus eram: cur Religionis deſideria concepi? Sed in medijs
huiuſce anguſtijs Deus non deſerit ſuos: præcipuè, ſi ad Moyſen accedant, ſuum
ſcilicet Ducem, & ſpiritualem Magiſtrum, quem ſuſceperunt. Qui Dei no-
mine dicere illis poſſit: d *Nolite timere: ſtate, & videte magnalia Domini, quæ* d *Exod.* 14.
*facturus eſt hodie. Ægyptios enim quos nunc videtis, nequaquã vltra videbitis vſq;* 13.
*in ſempiternum. Dominus pugnabit pro vobis*, dabitq; de eis victoriam. Ipſe ma-
re diuidet, vt ceſſent impedimenta, quæ tranſitum veſtrum prohibent: & ad
locum tutum fugere poſsitis. Ipſe procul remouebit amaritudinum mare, quod
vos premit; & cor veſtum magna lætitia dilatabit: ille planum faciet iter, &
expeditum inter vndas & fluctus turbati maris, ita vt non ſubmergamini;
ſed muri inſtar vos protegat, atque defendat: ipſe immenſas tentationum
aquas in veſtros hoſtes cõuertet, vt in eis ipſi ſubmergantur. In eiſdem ſub-
mergetur ſuperbia, peribit luxuria, euaneſcet auaritia, inuidia deſcendet in
profundum; nec ampliùs comparebit pigritia. Attendite, quod fidelis ſit e 1. *Cor.* 10.
Deus, qui e *non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis; ſed faciet etiam cum* 13.
*tentatione prouentum.* Nunc eſt nox, & afflictionis tempus: f *adueniet vigilia*
*matutina, & reſpiciet Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum:* ſuaque virtute *inter-* f *Exod.* 14.
*ficiet exercitum eorum* planctusq; veſter conuertetur in gaudium: vt cante- 24.
tis mille cantica lætitiæ: quia g *equum & aſcenſorem deiecit in mare;* h *& ope-* g c. 15. 1.
*ruerunt aquæ currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis*, ita vt *nec vnus quidem* h c. 14. 21.
*ſuperfuerit ex eis.*

Hæc ſunt ſtupenda, quæ Deus facit in gratiam ſeruorum ſuorum, mundum fugientium: non minùs glorioſa, quàm illa fuerunt, quæ fecit cum Iſraëlitis exeuntibus ex Ægypto. Nam vt S. Bernardus perpendit: in illo enim pugnatum eſt contra carnem & ſanguinem; ſed in altero pugnatur: i contra principes & poteſtates ac Rectores tenebrarum harum. Ibi populus exiuit ex Ægypto: hic exit ex ſæculo; ibi ſubmerſus eſt Pharao: hic ipſe Dæmon; ibi ſubmerſi ſunt currus terreni Regis: hìc deſideria carnalia & mundana, quæ militant aduersùs ſpiritum; ibi maris fluctibus fuit obtenta victoria: hic obtinetur lacrymis; ibi erant fluctus maris; hìc ſunt amaritudinis. Tantusque [illegible] Dæmonum tremor: cum talis aliqua anima ipſis ſe opponit: vt, ſicut illi Ægyptij, clament: *fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos*, qui in ſe recepit eorum protectionem. Et tunc impletur quod dixit ſponſæ ſuæ Deus in Canticis: k *equitatui meo in curribus Pharaonis, aſſimilaui te amica mea*. quaſi dixerit: quemadmodum exercitum meorum ſeruorum exeuntem ex Ægypto eripui & propugnaui ſubmergens in mari currus Pharaonis; ita eruam te, & protegam exeuntem ex mundo, ſubmergens impetus ac tentationes, quibus te Dæmon oppugnat. Hæc arma ſunt, quibus pugnandum eſt aduersùs noſtrum hoſtem in quocunque eius conflictu: præmunientes nos magna in Deum fiducia, multa oratione, & patientia; reddentes omnium, quæ in nobis geruntur, rationem Superiori & Magiſtro nos in hac via dirigenti; & reliqua adhibentes media, quæ fuſiùs propoſuimus tractatu ſecundo tomi ſecundi.

Serm. 29. in Cant.

i Epheſ. 6. 12.

k Cant. 1. 9.

## CAPVT III.

### *QVA RATIONE TENTATIONES VINCENDÆ SINT, quibus parentes, fratres, & cognati Diuinam ad Religionem amplectendam vocationem oppugnant.*

EX reliquis tentationibus in proximo capite inſinuatis, fuſiùs hic agemus de ijs, quas excitant parentes, fratres, cognati, & reliqui, carnis & ſanguinis titulo nobis aliquo modo iuncti. Quemadmodum enim hi primi fuerunt, & crudeliſſimi hoſtes, tentantes & perſequentes in primitiua Eccleſia, quos Deus ad fidem Chriſtianam recipiendam vocabat: ita nunc ijdem crudeliſſimè oppugnant, quos Deus ipſe ad Religionem vocat. Quorum feritatem delineauit S. Ioannes in quodam *equo rufo*, & in eo a *qui ſedebat ſupra illum, cui datus eſt gladius magnus, vt ſumeret pacem de terra*. Per quem rufum equum (vt alibi diximus) intellexit primos Chriſti Domini noſtri perſecutores, cognatos ſcilicet, & carnis amicos; quorum operâ vtitur Satan tanquam effrenibus equis, vt crudele bellum inferant ſequẽtibus Chriſtum, ſicut ipſe diſcipulis ſuis futurum prædixit: b *trademini à parentibus, & fra-*

a Apoc. 6. 4.

Tomo 2. tract. 2.

b Lu. 21. 16.

*bus. &*

*bus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum.* Ordinarium tamen bellum, quod illi nunc excitant in diſcedentes à ſe, vt Religionem amplectantur; fit acuto gladio linguarum, quas naturali amore acuunt, allegantes tenerrimis affectibus rationes multas, ne filij ſui, aut fratres ipſos deſerant. Adeoq; gladius acutus eſſe ſolet; vt penetret corda filiorum, qui iam erant Chriſto coniuncti; quam coniunctionem ita reſcindũt, vt eos ad ſæculum retrahant, vt ſint ipſis ſolatio. Quamuis gladius ipſe non æquè potens eſt, atque ipſemet audientis amor connaturalis & filiorum viſceribus innatus erga ſuos parentes, & erga fratres, & cognatos: vt mutuò ſe diligant. eſt enim inſtar viſci ligantis corda, & ipſas perſonas ſe diligentes: ita vt grauiſſimè ferant ab inuicem ſeparari. Et quoniam facilè affectus noſtri poſt ſe trahunt rationes; & amoris tituli ſunt valde potentes ad quiduis perſuadendum; mutuò ſe amantibus: ſolet Sathan his medijs vti vt voti ſui compos euadat. Quare, cum videt, ſe non poſſe per ſe ipſum ſolum, hominem ſuperare: illum aggreditur per patrẽ, aut matrẽ, aut alium amicum, ponens in eorum ore verba, quibus hominem illum oppugnent: à quibus ea facilius audientur. Expendit hoc mirificè S. Gregorius, explicans Iob tentationes. Antiquus inquit, aduerſarius non ſolùm per ſemetipſum, ſed per eos etiam, qui nobis adhærent, ſtatum frangit noſtræ mentis inclinare. Cum enim cor noſtrum ſua perſuaſione non ſubruit; ad hoc nimirum per linguas, nobis adhærentium, repit Hinc enim ſcriptum eſt: c *à filius tuis caue, & à domeſticis tuis attende.* Et per Prophetam dicitur: d *Vnuſquiſq; ue ſe à proximo ſuo cuſtodiat; & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet;* & ipſe Chriſtus Dominus dixit: e *inimici hominis domeſtici eius*, qui ad partes infeſtiſſimi hoſtis tranſeunt. Callidus namque aduerſarius, cùm à bonorum cordibus repelli ſe conſpicit, eos, qui ab illis valde diliguntur, exquirit; & per eorum verba blandiens loquitur, qui plus cæteris amantur: vt cum vis amoris cor perforat, facilè perſuaſionis eius gladius ad intimæ rectitudinis munimina irrumpat. Hac arte vſus Adamum per eius vxorem Euam deuicit, & è paradiſo excluſit. Poſt damna igitur rerum, poſt funera pignorum, poſt vulnera ſciſſuraſque membrorum antiquus hoſtis linguam mouit vxoris. Quia enim aperto certamine ſuperari ſe doluit, de ore coniugis iaculum quaſi de inſidijs intorſit; vt diceret: f *adhuc permanes in ſimplicitate tua? benedic Deo & morere.* Ecce, tentando omnia illi abſtulit; ecce tentando, mulierem reliquit; & S. viro callidè cuncta diripuit; ſed multò callidius adiutricem ſuam mulierem reſeruauit, quæ illi diceret, vt quid adhuc ſeruas tuam ſimplicitatem? cur non in tantis tribulationibus contra Deum iraſceris? Hæc Sanctus Gregorius: quibus addere poſſumus; quod S. Augu-

Parentes & amici linguis pugnant.

*Lib. 3. Moral. c. 6*

c *Eccl. 23. 26*

d *Ierem. 9. 4*

e *Mat. 10. 36*

Adamus per Euam vincitur.

f *Iob. 2. 9.*

ſtinus ad idem propoſitum adfert; nihil, inquit, refert, quod Sathan matrem
accipiat, aut ſororem tanquam ſuum inſtrumentum; ſi per eas obtinet, quod
per Euam fecit, Adamum decipiendo. Hæc enim ſpecies, & quaſi vmbra
maternæ pietatis, effectus eſt g *foliorum ficus*, quibus primi noſtri parentes
; Gen. 3.7. ſeſe texerunt, vtentes culpabili quadam pietate quæ lamentabili adeò ruinæ
næ occaſionem dedit. Hunc in modum cum Sathan impugnare conſtituit
cor alicuius, à Deo ad Religionem vocati: tanquam inſtrumentum adhibet
patrem, aut matrem, aut amicum aliquem valde ſibi charum, quem tanquam
ſcalam adhibet, vt aſcendat & ingrediatur eius ſpiritum, bonaque eius deſideria
ſideria ac propoſita deprædetur, quæ Deus illi inſpirauit. Quod inſinuauit
Oſeas cum dixit; h *fur ingreſſus eſt ſpolians latrunculus foris*. Fur intus manens
h Oſea. 7.1. eſt inordinatus ad conſanguineos affectus; latrunculi autem foris, ſunt ipſi
conſanguinei. Cùm autem omnes ſimul conueniunt, Ducique ſuo Dæmoni
ni ſeſe adiungunt, quidquid boni in corde inueniunt, auferunt; niſi diligens
cuſtodia adhibeatur, & viriliter laruatis hiſce latronibus reſiſtatur; qui pietatis
tatis pallio tecti ſanctitatem deprædantur,

§. I.

ADVERSVS omnes hos hoſtes pugnandum nobis eſt alio gladio & framea
mea acutiori, quàm ſit illorum: verbo ſcilicet Dei in ſancto eius Euangelio
gelio ſcripto; & verbo interno, quod loquitur diuinum ipſum verbum ad
corda eorum, quos ſanctis ſuis inſpirationibus vocat. De quo dixit Apoſtolus:
lus: a *viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens*
a Heb. 4.12. *tingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, & diſcretor cogitationum, & intentionum*
*tionum cordis*. Hoc verbo *primùm* facit Chriſtus Dominus noſter inſignem
illam diuiſionem ac ſeparationē; de quo dixit ſuis diſcipulis: b *nolite arbitrari*
b Matt. 10. 34. *ri, quia pacem venerim mittere in terram; non veni pacem mittere ſed gladium, &*
c Luca. 12. 51. c *ſeparationem. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus*
*uerſus matrem ſuam & nurum aduerſus ſocrum ſuam: nam inimici hominis domeſtici*
*meſtici eius*. In qua ſententia ſupponit Saluator aliquam pacem eſſe perniciosam
cioſam, & bellum aliquod ac diſcordiam vtilem: ſicut etiam contrà aliqua
pax eſt bona, & aliqua diſcordia mala. Pernicioſa pax eſt, improborum adiniquitatem
niquitatem concordia: tales enim coniungunt ſe Dæmoni: vt virtuti, & Euangelicæ
uangelicæ perfectioni, eiusque ſectatoribus bellum inferant: Huic paci aduerſatur
uerſatur diſcordia, quæ eſt inter probos & improbos; inter fideles & infideles;
les; ac inter religioſos & ſæculares: horum enim alij virtuti ſtudent, eamque
colunt; alij verò vitia: alij Catholicā fidē amplectuntur; alij ſectas & errores
ipſi fidei contrarios: alij conſilia amplectuntur Euangelica; alij laxiorem

tenent

tenent viam, quæ ſuo palato magis arridet. cum igitur horum iudicia & mores re ipſa non conueniant: neceſſe eſt alios impugnare, & contradicere alijs, aut ab alijs, qui ſibi aduerſantur, recedere. Huiuſmodi autẽ diuiſionem ac diſcordiam appellat Christus Dominus noſter gladium, cùm dixit: *non veni pacem* ponere *in terra*, hoc eſt in hominibus terrenis; quorũ mores & vitæ ratio terrena ſunt & non cœleſtia. Potiùs enim veni legem quandam prædicare, ex qua bellum ac diſcordia neceſſariò ſequatur inter homines etiam valde coniunctos, ac naturę vinculis colligatos. In vna enim eademque domo filij recipient Fidem, aut Euangelicæ perfectionis vocationem, quam patres non recipient; & famuli, non Domini, & filiæ, non autem matres; quamobrem alij ſe ab alijs ſeparabunt: cùm aduerterint, impedimento ſibi eſſe, quò minùs deſideria ſua pia & ſancta explere; & vocationem, ad quam vocantur, ſequi poſſint. Quare, ſi Deus te ad Religionem vocauit; pater verò tuus, aut mater ſeſe tibi opponant: arripe ſtatim gladium hunc Chriſti Domini, quo diuiſionem facias tui ipſius ab illis; eoſque magna cum celeritate deſeras. Noli pacem cum illis habere: eſt enim pax pernicioſa, quæ conſentit cum parentibus in eo, quod eſt contra Dei voluntatem; ſed potiùs indicito illis bellum: vt Chriſtum Ducem tuum fideliter ſequi poſſis.

PERPENDE, quod hic dicitur; *inimicos hominis eſſe domeſticos eius*: quibus verbis moneris: hominem non quemuis, ſed eum, cui Deus robur, & animi fortitudinem dedit ad vitam homine dignam, non verò beſtijs ſimilem ducendam; non habere maiores hoſtes, quam ipſos ſuos domeſticos. Nam ſub pallio amicitiæ, horrendam faciunt inimicitiam cùm illum à Dei ſequela deterrent, & prohibent à tuta ſalutis via; vt ſecum illum habeant. Ne illos tanquam amicos reſpicias; ſed tanquam hoſtes: & ita non adhibebis fidem rationibus illorum: inimicus enim non eſt dignus, cui fides adhibeatur. Nõ attendas ipſius verbis, quaſi tantùm ex ore ipſius prodeuntibus; ſed quaſi à Dæmone ſuggeſtis: vt te ſicut alterum Adamum extrudat è paradiſo, in quo Deus te collocauit: quare ſi eius verbis aures tuas occluſeris; euades eius fraudes. 2.

Domeſtici hominis inimici eius

ARRIPE etiam manu tua gladium illum verbi Dei: *ſi manus tua, aut oculus tuus ſcandalizat te, abſcinde eam & erue eum, & proijce abs te: bonum tibi eſt cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.* Cuius ſententiæ ſenſus eſt: ſi pater tuus, aut mater, aut cognatus aliquis, tibi aliàs valde charus, impedire te voluerint à ſequenda vocatione diuina, recede ab illis: etiamſi, propterea quòd maximè illos diligas, ex ea ſeparatione magno dolore afficiaris: & fleãt illi licèt: ac gemant, quod videant, ſe deſeri; tu non mouearis nec emolleſcas. Nam (vt Sanctus Hieronymus ait) pietatis genus eſt in re tanti momenti eſſe crude- 3. d *Matt.* 18. *Marc.* 9. 243

*Epiſt ad Helidorum.*

lem

lem. Infirmus libenter patitur abſcindi ſibi aliquod corporis membrum,
ſi ſciat niſi eo abſciſſo, ſe cum magnis cruciatibus moriturum; abſciſſo au-
tem, ſine moleſtiâ victurum. Eſt autem magna Chyurgi pietas; quòd
cùm ita expedit, crudelem ſe exhibeat in eo membro abſcindendo. Tu
es infirmus, eſſeque debes Chyrurgus, quem Deus iubet abſcindere & ſepara-
re à te eum, à quo ſcandalum accipis: nam alioqui te cum eadem perſona
moriturum, ac ad terram mortuorum, hoc eſt ad infernum deſcenſurum:
cuius habitatores non ſeruant naturæ leges: nam parentes maledicunt filijs,
& filij parentibus; fratres mutuo ſe odio proſequuntur; & amici mutuò ſe
non agnoſcunt; & aliorum amicitia, illis eſt continuus cruciatus. Ibi inenarra-
bilem tibi adferet dolorem oculus, quem non eruiſti; & æternis lacrymis
deflebis falſam commiſerationem, qua erga te ipſum vſus fuiſti; & ipſa ma-
nus aut pes, quem non abſcidiſti, conuertetur contra te; & crudeliter vindi-
cetur, quòd tu non fueris crudelis in eis abſcindendis, quando fuit opus.
Iure enim optimo, volenti potiùs cum duobus oculis aut manibus duabus
ad infernum deſcendere; quàm vnum eruere vel abſcindere, hoc euenit, vt
vterque illic contra ipſum conuertatur; ſintque eius carnifices, qui Deum
ipſorum cauſa deſeruit.

4. CVM igitur certò noueris, gladium mortis, hanc diuiſionem, cùm mi-
nimè cogitaueris, facturum: fac tu illam nunc, cùm te Deus vocat: & eſto fi-
delis & conſtans in ea; neque ad tuorum parentum clamores vlla ratione
attendas: ſi enim aures eis præbueris, morsque ex tempore ſuperueniat,
ſummè dolebis, te inter eos mori. Audi illud Sancti Bernardi ad quen-
Epiſt. 104. dam adoleſcentem, qui huiuſmodi parentum clamoribus locum dederat:
" quomodo, inquit, viuere potes, vbi mori non audes? ſi ægrè fers acci-
" dere tibi mortem inter cognatos tuos propter occaſiones peccandi, quæ
" tibi occurrunt; ſi diuinæ vocationi non acquieſcas; cur non tempeſtiuè in-
" de fugis, & ſtatuis in eo loco viuere, vbi cuperes mori? nullus eſt ſecurior
" locus ad vitam hanc ducendam, quam qui ſecuriſſimus eſt ad moriendum.
" Chriſtus Dominus crucem ſibi elegit ad moriendum in ea: ideoque totam
5. vitam ſuam in cruce duxit. In cruce viuitur vtiliter, & morimur ſecurè. Sa-
cra Religio eſt vita crucis, & propterea Deus te vocat ad viuendum in ea,
vt in eadem cruce moriaris, quæ tutiſſimus eſt ad vitam æternam tran-
tus. Cum Chriſtus Dominus noſter in cruce penderet, noluit ex ea de-
cendere: etiamſi Scribæ & Phariſæi à Dæmone inſtigati id peterent, di-
e Mat. 27. 42 centes; e *Deſcendat nunc de cruce & credimus ei.* Et licèt f *mater* eius ſan-
f Ioan. 19. 25 ctiſſima, alijque cognati & amici adeſſent, amarè flentes, eò quòd in
mortis anguſtijs conſtitutum viderent: non tamen propterea crucem

deſeruit,

deſeruit, donec in ea exſpiraret vt hoc te doceret exéplo: nó eſſe religioſam vitam deſerendam, ob aliquá hominum perſuaſioné, etiá ſpecie aliqua Religionis obductam; nec ob teneritudinem & lacrymas parentũ, & conſanguineorum: etiamſi totam ſuá conſolationé & ſolatium in eo ponant, vt te apud ſe habeant, ea pietatis ſpecie ducti, quòd tuum etiam quærant ſolatiũ.

COGITA ſupremum hunc magiſtrum tibi dicere: g *qui amat patrem, aut matrem plus quá me, non eſt me dignus, & qui amat filium, aut filiam ſuper me, non eſt me dignus.* Quando igitur pater aut mater tua perſuadere conantur, vt 6.
g Mat. 10. 37
propter amorem, quo illis es obſtrictus, vocationem tuam deſeras: ancipiti huius gladij ſententia debes illis reſiſtere; magis enim es obſtrictus Chriſto Domino, qui Deus tuus, ac Redemptor eſt; quàm illis, & cuicunque alteri. Lex humanæ ac diuinæ amicitiæ talem in amore ordinem conſtituit, vt plus teneatur quis amare maioré benefactoré, nobisq; magis coniunctũ: ac propterea plus diligẽdi ſunt parẽtes, quá fratres. Quis igitur maior eſt benefactor tuus, quá ipſe Deus? quis plura pro te præſtitit, quá Chriſtus? quis magis tibi cóiunctus, quá cæleſtis tuus Pater? in cuius cóparatione carnales parentes non ſunt hoc nomine digni. Supremus hic Pater corpus tibi dedit & animam; eſtque tibi perpetuò coniunctus, vt ea conſeruet, tecumq́ue cooperetur. Parentes autem tui, quid tibi præter corporis particulam dederunt? ſed neque eam ſine ipſo Deo dare potuiſſent: qui præcipuè cum illis fuit cooperatus. Æquum igitur eſt, non deſerere Patrem tuum cœleſtem, cùm te ad ſuum obſequium vocauit: ob amorem carnalis patris, qui te vocat, vt apud ipſum maneas. Si opus fuiſſet (ait S. Auguſtinus) vitam tuam exponere tanquam Martyrem pro Dei honore: id meritò facere deberes, etiam parentibus carnalibus hoc nomine relictis: Rationi igitur valde erit conſentaneum, vt ad eius te obſequium offeras in vita Religioſa, cum hoc generoſo modo moriendi huic mundo: etiamſi ad id faciendum opus ſit tuorum parentum deſideria & affectus conculcare. Hanc rationem ſtrenua Epiſt. 38.
illa virago Machabæorum mater ſeptem ſuis filijs propoſuit, vt animos eis h. Mat. 7
adderet, ad nihili faciendum, quod ipſam relinquerent; ſed pro cuſtodia le- 22.
gis Dei morté oppeterẽt: h *Ego* inquit, *ſpiritum & animam non donaui vob:s & vitam & ſingulorum membra non ego ipſa compegi: ſed enim mũdi creator, qui formauit hominis natiuitatem.* Et cum vltimo filio loquens tenerrima hæc verba, vt animum illi adderet, protulit; *fili mi, miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi. Peto, nate, vt aſpicias ad cælum & terram; & ad omnia quæ in eis ſunt, & intelligas: quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus: ita fiet, vt non timeas carnificem iſtum, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps ſuſcipe mortem,* pro eius amore, *vt in illa miſeratione, cum fratribus tuis te recipiam.* Hęc ſancta illa mater dixit, vt Chiiſt a-

8. nas matres doceret, quàm debeant libenter videre, ſe à filijs deſeri; vt quæ
potiori iure tenentur, præſtent, Deoque vocanti pareant. Nam lex obedien-
tiæ hoc exigit vt nunquam inferiori Prælato obediatur, cùm Superior præ-
i *Act* 5.29 cipit contrarium. Nec bona eſſet obedientia, ſi quis gubernatori obediret,
k *Cap*. 4.19 præcipienti aliquid contra Regis mandatum. Ac propterea S. Petrus dixit:
*obedire oportet Deo magis, quā hominibus*. Imò ipſoſmet ſuos hoſtes, iudices eſſe
voluit huius veritatis. Dixit enim: k *ſi iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius au-
dire, quam Deum iudicate*. Hoc igitur idem dicere licebit patri tuo, aut matri
petentibus aut iubentibus, ne eos deſeras; aut, ſi receſſiſti, vt redeas: conſti-
tuendo illos cauſæ tuæ iudices, modò in veritate & abſq; affectu inordinato
iudicent. Non enim adeò erunt ignorantes, infideles, aut ingrati Deo ſuo, vt
dicant creaturæ potiùs obediendum eſſe, quàm creatori, à quo creatura
accepit imperandi; ſed cum conditione: ne imperet contra id, quod creator
conſtituit. Quod ſi adhuc moleſti eſſe pergant in petitione ſua iniuſta: non
l *Luc*. 14.26 oportet illis obedire; ſed eos odiſſe: propterea. n. dixit Chriſtus: l *ſi quis venit
ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſo-
rores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. Cùm igitur iam
Omnia odio habeat vocatus. ad Chriſti ſcholam acceſſeris, eumque ſequi ſtatueris: habeas odio tuum pa-
trem, & matrem, & omnes tuos cognatos: quatenus ipſius Chriſti votis
aduerſantur: ſiquidem abſque ſancto huiuſmodi odio, non poteris eius eſſe
diſcipulus. Et quomodo poterunt meritò conqueri, quòd illos hoc nomine
oderis: cum idem Chriſtus iubeat teipſum, vitamque tuam odiſſe: quando
9. vt ei obedias, eam exponere fuerit neceſſe? Præcipuè cum (vt S. August. ex-
*Epiſt* 38. pendit) tale odium ſit maior amor; & hæc iactura, maius lucrum tuum, &
m *Ioa*. 12.25 ipſorum, ſi eo vti ſciant. Nam vt ipſe Saluator dixit: m *qui amat animam ſuam,
perdet eam: & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eā*.
Ideoq; dicere licet: eum, qui ſuos parentes & cognatos inordinatè diligit,
perditurum eos in æternum; & perdentem eos in hoc mundo, eosque pro
Chriſto deſerentem, inuenturum eos in æterna vita. Nam, niſi hic eos dese-
rat, cùm Deus id faciendum præcipit; ideoq; ipſe perit: nunquā ampliùs eos
diliget, nec amicitiā vllā cū eis habebit: nā qui in inferno ſunt, oēs oderunt:
ſi autē hic eos deſeret, in cælo inueniet: aut recipiet pro eis alios parentes, &
fratres incōparabiliter meliores ijs, quos deſeruit: aut fruendo Deo ſimul
10. cum eis: exiſtens ipſe, propter ſanctā ſuā vitam, cauſa, cur & ipſius parētes ſal-
uentur, & æternam vitam cōſequantur. Et tunc gaudium erit plenum. Nam
in patria illa cæleſti etiam naturæ leges excellunt, accedentibus ornamentis
gratiæ, & gloriæ. Pater eſt gaudium & ſolatium filij & filius corona ſui pa-
tris; Fratres & amici fraternitatem & amicitiam cum omni excellentia con-
ſeruant: & horum ſocietas, eſt perpetua aliorum lætitia. Hac ſpe adeò em-

néti licebit parétibus tuis dicere: vt placeat ipſis, te eorũ domũ pro Dei viui domo cõmutare; in qua ei perfectè ſeruias, & æternas habitationes pro ipſis impetres.

§. 2.

Imponamvs iam finem, explicando ampliùs omnes haſce [rat]iones mirifica illa ratiocinatione, quam S. Ber[n]ardus nomine cuiuſdam filij, qui parentes ſuos, vt Deo in Religione ſeru[ir]et, deſeruerat: quamuis illi repugnarent. Sic ergo loquitur: Sola cauſa, qu[a]re nó liceat obedire parentibus Deus eſt. Ipſe enim dicit. a *Qui amat patrem & matrem plus quam me: non eſt me dignus.* Si me verè vt boni, & pij parentes diligitis; ſi veram, ſi fidelem erga filium pietatem habetis: quid me patri [o]mnium Deo placere ſatagentem inquietatis: & ab eius ſeruitio, cui ſeru[i]re, regnare eſt: retrahere attentatis? Verè nunc cognoſco, quia *inimici hominis domeſtici eius.* In hoc vobis obedire non debeo; in hoc vos non agnoſco parentes; ſed hoſtes. b *Si diligeretis me gauderetis vtique; quia vado ad* meum atque veſtrum; immò vniuerſorum *patrem.* Alioquin quid mihi & vobis? Quid à vobis habeo: niſi peccatum & miſeriam? hoc ſolum quod geſto corruptibile corpus, de veſtro me habere fateor; & agnoſco. Non ſufficit vobis, quòd me in hanc ſæculi miſeriam miſeri miſerum induxiſtis? quod in peccato veſtro, & peccatores peccatorem genuiſtis? quòd in peccato natum, de peccato nutriſtis; niſi etiam inuidendo mihi miſericordiam quam conſecutus ſum ab eo, qui non vult mortem peccatoris; filium inſuper gehennæ faciatis. ô durum patrem; ô ſæuam matrem, ô parentes crudeles, & impios! imò non parentes, ſed peremptores: quorum dolor, ſalus pignoris; quorum conſolatio, mors filij eſt, qui me malunt perire cùm eis, quam regnare ſine eis. Qui me rurſus ad naufragium; vnde tandem nudus euaſi: rurſus ad ignem, vnde vix ſemiuſtus exiui: rurſus ad latrones, à quibus ſemiuiuus relictus ſum; ſed miſerante Samaritano iã aliquantulũ conualui; reuocare conãtur. & milité Chriſti propè iã rapto cælo triũphanté: quod non in me glorior: ſed in eo, qui vicit mundũ: ab ipſo iã introitu gloriæ: tanquam canem ad vomitũ: tanquam ſuem ad lutũ: ad ſæculũ reducere moliuntur. Mira abuſio. Domus ardet: ignis inſtar à tergo: & fugiẽti prohibetur egredi: euadenti ſuadetur regredi? Et hæc ab his, qui in incendio poſiti ſunt; & obſtinatiſſima dementia, ac dementiſſima obſtinatione fugere periculũ nolunt? Proh furor! Si vos contemnitis morté veſtram cur etiã appetitis meã? ſi inquã negligitis ſalutem veſtrã: quid iuuat etiã perſequi meã? Quare vos nõ potiùs ſequimini me fugienté: vt nõ ardeatis? An hoc eſt veſtri cruciatus leuamen, ſi me etiã perimatis; & hoc ſolũ timetis: ne ſoli pereatis? Ardens ardentibus quod ſolatiũ præſtare poterit? Quæ inquã cõſolatio dãnatis ſocios habere ſuæ dãnationis? Quodve remediũ morientibus: alios videre morientes: Nõ hoc mihi perſuadet diues ille qui in tormentis deſperatus

Epiſt. 112.

a Mat. 10. 36. 37.

b Ioa. 14. 28

“ de ſui liberatione:rogabat nũciari fratribus ſuis:ne & ipſi venirẽt in locũ
“ unde tormentorũ;timens procul dubio ex ſuorũ cruciatu augeri ſuũ?Quid
“ ergo?ibo & cõſolabor lugentẽ matrẽ meã,mea ad tempus viſitatione,vt in
“ æternum lugeam & me & ipſam ſine cõſolatione?Ibo inquam & ſatisfaciã
“ patri meo iraſcenti: pro mei ad tempus abſentia : conſolandus & ipſe ad tẽ-
“ pus de eius præſentia:vt poſtmodum & quiſq; pro ſe,& vtriq;pro alterutrũ
“ inconſolabili deſolemur triſtitia?En potiùs exemplo Apoſtoli non acquieſ-
“ cens carni & ſanguini:vocem audiã Domini iubentis.c *Dimitte mortuos ſe-*
d *Mat.* 8 12. *lire mortuos ſuos:*Et cantabo cum Dauide: d *Renuit conſolari anima mea* Et cũ
e *Pſa.* 76. 3. Ieremia:e *Diem hominis non concupiui, Domine tu ſcis;*Quid enim?f *Funes ce-*
f *Iere.* 17.18. *derunt mihi in præclaris:*& cœleſtis *hæreditas præclara eſt mihi :* & terrena ad-
c *Pſal.* 15.6. latur promiſſio:blanditur conſolatio carnis ? Guſtato ſpiritu, neceſſe eſt de-
” ſipere carnem. Affectãti cœleſtia,terrena non ſapiunt.Æternis inhianti,fa-
” ſtidio ſunt tranſitoria.Deſinite igitur parentes mei; deſinite & vos fruſtra
” plorãdo affligere;&me gratis reuocãdo inquietare:ne ſi ſi adieceritis nũciũ
g *Pſa.* 131,14 vltrà mittere pro me:plus me elõgare cogatis. Si autẽ dimittitis : Claram
” Vallem in perpetuũ nõ dimittã.g *Hæc requies mea in ſæculũ ſæculi: hic habita-*
” *bo quoniã elegi eã.*Ibi pro meis atq; veſtris peccatis iugiter orabo ibi preci-
” bus aſſiduis quod &vos cupitis,impetrabo,ſi potero:vt qui eius amore hoc
” modico tempore ab inuicẽ ſeparamur:in alio ſæculo ſimul felici & inſepa-
” rabili ſocietate in eius amore viuamus:per omnia ſæcula ſæculorum; Amẽ.

NEQVE ob ea,quę hactenus diximus,naturalem obligationem negamus, aut tollimus,qua filij obſtringuntur ad non deſerendos parentes, vt ſe ad Religionem conferant: quando ſcilicet, ad ſubueniendum valde grauibus eorum neceſſitatibus opus eſt illis adeſſe;in huiuſmodi enim caſibus ipſe-met Deus iubet eos non deſerere;ſed eis adeſſe,& ſubuenire. Deſideria igi-tur,quæ tales ſentiunt ad Religionem,etiamſi valde ſint feruentia,& ab ipſo Deo communicata non ſunt,vt ſtatim,neglectis parentibus, executioni man-dentur;ſed vt meritum ex eis maius acquirant: ſicut etiam ſolet in eundem finem deſideria feruentia Martyrij, aut maiores quàm poſſint eleemoſynas faciendi,communicare.Nam in oculis Dei voluntas adeò vehemens & re-ſoluta pro ipſo opere reputatur:cùm eam exequendi facultas deeſt,ac poſſi-bilitas.Extra hos autem caſus,non ſunt parentum audiendæ preces& ratio-nes;quia idem Dominus vult non audiri, vtpote ipſius inſpirationibus,quę in ipſius gloriam,noſtrumque commodum diriguntur , aduerſantes. Sed quoniam tentatio hæc ſolet etiam poſt emiſſam in Religione Profeſſionem reuireſcere;non tam vt retrocedamus,ac Profeſſionem deſeramus;quàm vt in ea langueamus,aliaque grauiſſima incommoda ſubeamus ; ponemus in Tractatu ſeptimo ſpecialia ad eam euincendam remedia.

## CAPVT IV.

### Qua Ratione Prælati Ac Tyronvm Magiſtri Probare poſſint petentes habitum Religionis, curæq; ſuæ commiſſos: & quinam harum probationum ſint fructus.

QVi diuinas ſcripturas attentiùs leget, inueniet (vt S. Bonauentura aduertit) non ſolùm tentari nos à Dæmone, mundo, & carne; ſed etiam ab ipſomet Deo, eiuſq; miniſtris; & vnumquemque à ſeipſo: licèt ad fines, & per media, & modos valde diuerſos. Nam alium tentare (vt S Thomas ait) propriè eſt, aliquid dicere, aut facere, ad deprehendendam virtutem, ſcientiá, diſcretionem, vires, intentiones & animi decreta, quæ in eo latent. Qui tentat autem, id facit aliquando, quia ignorat: tentatione autem quærit, id cognoſcere, eum in modum, quo magiſtri examen inſtituunt eorum, qui gradum aliquem in literis ſuſcepturi ſunt:; vt eorum ſufficientiam cognoſcant; ac propterea talia examina appellantur tentatiuæ. Aliquando autem tentat, etiamſi nouerit, quid lateat: quia tentatione intendit, manifeſtari alijs, quod non ſciebant. Quamuis autem hic proprius ſit finis tentationis: ſolet tamen ad alios valde diuerſos ordinari, iuxta tentantium varietatem. Tres enim primi tentatores, cùm ſint hoſtes noſtri: tentationem dirigunt in detrimentum noſtrum, & per media mala. Dæmon enim quærit nos decipere; mundus, vt eius leges ſeruemus; caro autem, vt ipſi indulgeamus. Alij verò tres, quoniam amicorum officium ſemper faciunt, ad ſanctos fines, & per bona media tendunt; vt paulatim explicabitur.

In Centil p. 1. Sect. 7.

In Catena in id Ioan. 9 Tentans eum.

1. p. q 114. 1. 2. 2. q. 97. a. 1.

Primvm Eccleſiæ ac Religionum Prælati, ac Tyronum Magiſtri, & reliqui ſpecialem curam aliquarum animarum habentes, poſſunt ac debent tentare, & experiri ac probare curæ ſuæ commiſſos; vt plenè illos cognoſcentes, rectè eos gubernent: proferendo his probationibus in lucem propéſiones, virtutes aut vitia, & propoſita, quæ habent in ijs omnibus, quæ faciunt ac dicunt. Experientia enim nos docet, ſæpe illa occultari cum aliqua fictione ac deceptione. Hac arte vſus eſt Epiſcopus ille, quem Christus Dominus laudat in Apocalypſi, dicens: a *tentaſti eos: qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & nõ ſunt: & inueniſti eos mendaces.* Diſputabat enim cum eis, & argumentis ac rationibus allatis cogebat eos dicere, aut facere aliquid: in quo deprehendebantur eſſe ficti Apoſtoli, & lupi ouium pellibus tecti. Eodem modo S. quidam Abbas, (vt refert Caſſianus) cupiens ſcire, an quidam Monachus, qui multa

a Apoc. 2. 2.

Col. 18. c. 11.

mala de ſeipſo dicebat,adeò eſſet humilis,vt præ ſe ferebat:tentauit eius ſpi-
ritum,ſtudio dicens illi aliqua verba in contemptum. Qui Monachus valde
ſubtriſti, alijſq; indicijs oſtendit,humilitatem ſuam eſſe fictam.Hac ob cau-
ſam Eccleſiæ Prælati tenentur probare & examinare vocationes petentium ſa-
*Tract.2.c.4* crum baptiſma(vt in primo tomo fuſiùs eſt dictum:) & Religionum Præpoſi-
ti,ac Tyronum Magiſtri tenentur probare, tentare,& examinare petentes ha-
bitum Religionis; ac Tyrones ipſos qui cupiunt in eam admitti per votorum
profeſſionem. Idque facere oportet, non ſolùm ob hipocriſim, & fictio-
nem; quæ in hoc negotio aliquando immiſcentur, vt dictum eſt: ſed etiam
quòd non omnia deſideria,quæ bona videntur, ſunt vocationis Dei ad Re-
*b Pro.21.25 iuxta Lxx interpret.* ligionem:cùm etiam de otioſis ac pigris dicatur, quod b *tota die concupiſcant*
*ac deſiderent*:nam,quamuis videantur feruentes, breui frigent: eò quòd ve-
rum ſint firmi. Expedit etiam probari antequam admittantur, eo mo-
quo Dux ille Gedeon,in cuius exercitu fuerunt tria militum genera. Alij
nim ex puſillanimitate noluerunt ad bellum ire; alij iuerunt quidem, ſed
cùm probarentur,fuerunt dimiſſi:eò quòd ad aquam bibendam corpus
curuarent,& genua flecterent in terra; alij denique & ire voluerunt,& per
*c Iudi.7.7. De his fuſius actum Tom.1.Tra.2.c.3.* probationem fuerunt admiſſi:eò quòd aquam ſtantes biberent, c *manum*
*ad os proiicientes*.Ita etiam inter fideles ſunt tria genera hominum: nam qui-
dam nullum habent animum ad ſtatum perfectionis:aut quòd eius difficul-
tates perhorreſcant; aut quòd reuerâ vocationem non habeant ad eum ſu-
cipiendum;ideoque remanent in ſæculo.Alij videntur animum habere,&
voluntatem,dum ſe ad vitæ perfectæ pugnas offerunt: ſed, cùm probantur
& examinantur,ab huius militiæ ducibus non admittuntur:quia aduertunt
*Tra.2.c.14.* eos velle Euangelicæ doctrinæ aquam bibere, ſeipſos incuruantes & genua
flectentes:hoc eſt habentes affectus nimios,vt ſupra diximus, ad res terre-
nas,ac ſenſuum delicias;quas ſcientes ac volentes, magnaq; delectatione &
inclinatione ſectantur.

QVOD indicium eſt, eos non eſſe à Deo vocatos ad ſtatum perfectio-
nis. Diuina enim vocatio fel & amaritudinem ponit in huiuſmodi rebus
terrenis:ideoque deſiderium ingerit eas deſerendi & ſeſe ab eis expedien-
di: & ad minimum facit, vt ſpiritus contra carnem pugnet; nec patiatur ſtu-
dio & conſultò delitijs mundi delectari; nec ſe proſternere ad id, quod eſt
adeò remotum à perfecta vita, quam ipſe aſſequi intendit. Sed alij tandem
ſunt,qui,ad inſigne hoc facinus ſeſe offerentes,admittuntur:cùm enim pro-
bantur,bonum ſui ſpecimen, rerumque ſuarum rationem præbent, aquam
ſtando bibentes, & manu ad os proijcientes:hoc eſt( vt Sanctus Gregorius
ait) manum operi admouentes, ad exequendum quod Chriſtus Dominus
*Lib 30.moral.c.31.* noſter in ſuo Euangelio præſcribit; ſeipſos ad conſtantiam in eo
exſtim

eſtimulantes; nec ſe ad res terrenas incuruantes; nec de rebus huius ſæculi aliquid ſuperflui accipientes, vt carni ſuæ indulgeant; ſed quod neceſſarium eſt, ad vitam ſuſtentandam; hoc enim totum eſt indicium vocationis diuinæ ad pugnas ſpiritus in ſtatu perfecto. Et quemadmodum credibile eſt, Deum Dominum noſtrum inſpiraſſe trecentis illis militibus, quos ad pugnā contra Madianitas elegerat, modum illum aquā bibendi; ita etiam ijs, quos ad Religionem vocat, ea inſpirat, quæ, cùm probantur, facere debeant: vt ea ſint bonæ ſuæ vocationis indicia. Et ipſiſmet Magiſtris ac Ducibus, ſicut Gedeoni, inſpirat ea, in quibus probare eos debeant: vt benè cognoſcant. Quid vocatis agendum Deus inſpirat.

§. 1. *Variæ probationes, quæ ſunt in vſu in Religionibus.*

IN Hvnc finem valdè fuerunt in vſu in Religionibus huiuſmodi probationes, & experientiæ in materia Obedientiæ, Humilitatis, & Patientiæ: qui ſunt tres lapides Lidii, ad deprehendendam veritatem, & firmitatem earum vocationum; & conſtantiam animique fortitudinem petentium in eas admitti. Olim (vt ait Caſſianus) petentem ingreſſum in monaſterium, iubebant per decem, & aliquando plures dies, iacere ad portam, petentem humiliter, admitti: quem Monachi ſtudio contemnebant, verbaq; iniurioſa obijciebant, reijcientes illum tanquam hominem qui non zelo Religionis, ſed aliqua neceſſitate compulſus ad monaſterium accederet. Et hoc modo eius conſtantiam probabant, & examinabant; & agnoſcebant vocatum à Deo eſſe, qui in his tentationibus fidelis eſſet, easque cum humilitate, & patientia toleraret. Vt autem finis, in quem huiuſmodi probationes fierent, cognoſceretur, adfert idem Caſſianus quendam ſermonem à Pinufio Abbate habitum ad quendam Nouitium, in quo omnium, quæ cum illo acta eſſent rationem reddidit. *Lib. 4. c. 3.* *Lib. 4. c. 32. & 33.*

Nosti, ait, quot diebus pro foribus excubans, hodie ſis receptus. Cuius difficultatis cauſam primitùs debes agnoſcere. Poterit enim tibi in hac via, quam ingredi concupiſcis, multum conferre, ſi ratione eius agnita, ad Chriſti ſeruitium conſequenter, ac ſicut oportet, acceſſeris. ſicut namque immenſa gloria fideliter ſeruientibus Deo, ac ſecundùm Inſtitutionis huius Regulam ei cohærentibus repromittitur in futurum; ita pœnæ grauiſsimæ præparantur his, qui tepidè eam negligenterque fuerint executi; & ſecundùm hoc quod profeſsi ſunt, vel quod ab hominibus eſſe credantur, fructus etiam congruos ſanctitatis eidem exhibere neglexerint. Melius eſt enim ſecundùm ſcripturæ ſententiam, non vouere quenquam, quàm vouere & non reddere; Et, maledictus qui facit opus Dei negligenter. Ideò igitur à nobis diutiſsimè refutatus es, non quia tuam vel omnium ſalutem non toto deſiderio cupiamus amplecti; & his, qui ad Chriſtum cupiunt conuerti, etiam procul occurrere non optemus; ſed ne temerè recipiẽtes, & nos apud Deũ

leuita-

" leuitatis; & temetipſum reum grauioris ſupplicij faceremus, ſi ad præſens
" cilè ſuſceptus, nec pondus Profeſſionis huius intelligens, vel deſtitutor p
hæc, vel tepidus extitiſſes. Hæc Sanctus ille Abbas, docens nos, has & a
quas Probationes, quæ cum Nouitijs fiunt toto tempore profeſſionem p
cedente, ad duplicem præcipuum finem dirigi: alterum ex parte eius, q
Religionem petit, vt onus ſibi per totam vitam portandum nouerit; & e
periatur, habeatne ſufficientes vires ad illud portandum, & tentatoribus
ſiſtendum, qui vſque ad mortem non deſinent illi eſſe moleſti. Propter
Luc. 14. 28. ſiquidem Saluator noſter dixit: eum qui *velit turrim ædificare, priùs ſedens*
*computare ſumptus, qui neceſſarii ſint, ſi habeat ad perficiendū*: & *qui*
*mittere bellum cum decem tantū millibus, cum eo qui cū viginti millibus* ve
Tom 1. Tra. 2. c. 3. & 4. *ſe, priùs cogitare*, an ita poſſit victoriam obtinere. Quod fuſiùs explicamus
in tractatu de Sacramento Baptiſmi. Et quamuis multum in eum finem
uet legere, beneque intelligere Regulas & Cōſtitutiones; & noſſe omni
nera Religionis, quam intendit, vt in eodem loco eſt dictum: hoc tamen
ſufficit: niſi aliquo etiam tempore earum ſeueritatem experiatur; alias
ſubeat probationes, quæ deceptionem ipſi detegant de viribus & facul
bus, quibus ad eas obſeruandas pollet. Alter finis eſt ex parte ipſiuſmet R
ligionis, cuius partes agunt Prælati, & Tyronum Magiſtri: vt ex ijs prob
tionibus plenè illi agnoſcant eum, qui petit Religionem, examinantes &
ipſa deprehendentes non ſolùm veritatem vocationis eius, & firmitatem
ea; ſed eiuſdem quoque aptitudinem, dotes, ac talenta, quæ habet, ad exe
tia vitæ religioſæ. Quemadmodum autem ipſa Inſtituta ſunt diuerſa; ita
bent probationes eſſe diuerſæ, & varium tempus durationis earum. Qu
nim Inſtitutum extenſiorem habet finem, ac munia ex ſe præſtantiora,
ciliora, ac periculuſiora; propterea quòd ſe extendant ad agendum cum p
imis in rebus ad ipſorum animas ſpectātibus: eò neceſſe eſt maiores ac d
turniores probationes habere: vt exactiùs deprehendatur ingenium, & fa
1. Re. 10. Fuſ Li. 4. c. 3. & ſequentib. cultas, quam habet, qui tale inſtitutum ſectari velit. Et quamuis olim (vt d
ducitur ex S. Baſilio & Caſſiano) non erat præſcriptum tempus certum
huiuſmodi probationes, neque ad illarum qualitatem; nunc tamen i
lud præſcripſerunt Fundatores ſacrarum Religionum, tam Monachorum
quàm Mēdicantium, aut Clericorum. Ex quibus duo tantùm adferam ex
pla. Alterum glorioſi Patriarchæ S. Benedicti, qui in ſua Regula tres gra
conſtituit probationum pro ijs, qui ipſius Religionem amplecti vellent.

PRIMVS erat, vt ad monaſterij portas per quatuor aut quinque dies d
tinerentur: vt obſeruaretur, an patienti & conſtanti animo dilationem fe
Turrecre. Tract. 124. rent, & iniurias, quæ in eos dicebantur. *Secundus* erat, vt per duos alios m
ſes in monaſterij hoſpitio detinerentur, commiſſa cuidam ex ſenioribus

rum cura, qui illos probaret, & exerceret, examinans qua ratione illi Deum quærerent, & qua attentione & ſolicitudine cómiſſa ſibi opera perficerent: & quantam oſtenderent promptitudinem ad obediendum; & conſtantiam in tolerandis contemptibus. Quam probationem ſi bene peregiſſent: ad *tertiam* accedebatur, quæ erat cum cæteris Nouitijs per decem menſes: in quibus probabantur, & exercebantur ſicut núc fit in reliquis Religionibus ſpatio vnius anni. Quod tempus ita eſt decreto S. Concilij Tridentini conſtitutum, vt neque minui poſſit, neque extendi: ſed vt illo anno finito, aut Profeſſionem edant, aut dimittantur. Quamuis ab hac generali Regula idem Concilium excepit minimam noſtram Societatem, vt obſeruari in ea poſſet, quod eius habet Inſtitutum à ſancta Sede Apoſtolica approbatum. In quo Patriarcha noſter S. Ignatius deſignauit tres alias Probationes, quamuis cum aliquo diſcrimine ac limite in temporibus & exercitijs: id poſtulante celſitudine finis ipſius, & excellentia, ac difficultate eius miniſteriorum erga proximos.

*Seſſ. 25. c. 16*

*Conſt p. 1 c. 4.*

Prima probatio eſt per duodecim, aut viginti dies, aut plures ſi opus fuerit manere ſeorſim tanquam hoſpites in loco aliquo, à reliquorum conſuetudine ſeparato. vbi examinantur, & probantur, & traduntur illis Regulæ, ac declarantur ea, quæ ſunt difficiliora: vt animum ſuum aperiant ad eas cuſtodiendas. *Secunda* Probatio duos integros annos durat. Neq; id recens eſt, ſed antiquum ex decreto S Gregorij Papæ, hanc reddentis rationem: quòd ſi graue eſt ignotos admittere ad obſequium hominum; quantò erit grauius eos admittere ad obſequium Dei in monaſteria: niſi priùs bene probatos? Et quando Religionis habitum illi petebant, qui fuerant milites, conſtituit eos per triennium eſſe probandos. Idem etiam conſtituit Bonifacius Papa, quando petentes Religionem, non erát ſatis noti. quemadmodum refert Gratianus in decreto. Et Concilium Aurelianenſe quintum idem conſtituit pro omnibus Monialibus. Et vniuerſim in Regula, quam Angelus tradidit S. Pachomio, (vt refert Palladius) conſtitutum erat, neminem eſſe admittendum, niſi per trium annorum ſpatium bene eſſet probatus & exercitatus. Et hoc ipſo ſpiritu S. noſter Patriarcha tertium adiecit annum Probationis ante profeſſionem publicam, aut ſolennem, finitis iam ſtudijs: in quo repararetur iactura ſpiritus, quæ in eis eueniſſet. Et in eiſdem tribus temporibus præſcripſit ſex inſignes Probationes & experientias inter alias, ad cognoſcenda & exercenda ſuorum Religioſorum talenta. Per menſem ſcilicet ſpiritualibus Exercitijs Orationis, Meditationis, & Examinis conſcientiæ vacare; & facere totius vitæ præteritæ Confeſſionem generalem; per menſem item pauperibus in Xenodochijs miniſtrare; tertiùm peregrinari pedites emendicando eleemoſynam: vt ſic aſſueſcant paupe-

*Lib 8. ep. 23 19 q. 1 c. Monaſt Li. 2. epi. 11.*

*Diſt 53. c. fin 17 q 2 c 33 quia in riſt c 58 Nicephor. li. 9. c. 14.*

*In Examin c 4.*

rum incommoditates tolerare; diutiùs verò exercere officia humilia, & contemptibilia domeſtica, qualia ſunt ſeruire in culina: ac denique pueros ac rudes Chriſtianam doctrinam docere; & ſuo tempore alia altiora miniſteria præſtare, quando ſunt Sacerdotes, & ad ea præſtanda talenta habent. Hac enim ratione omnia experiuntur quæ in decurſu vitæ ſunt obituri: & tum ipſi aduertunt, ad quid præſtandum maiorem ſentiant facultatem; tum ipſa Societas maiorem ipſorum notitiam acquirit, ſibique ſatisfacit. Neque tres anni cenſendi ſunt tempus longum, ad has Probationes, cùm (vt infra dicetur) *Nabuchodonoſor Rex tres annos conſtituerit, vt nutriti*

Daniel. 15. infra 6, 10.

inſtituerentur *pueri, qui poſtea ſtarent in conſpectu ipſius*. Et Chriſtus Dominus noſter deduxit ſecum Apoſtolos & ſeptuaginta duos diſcipulos per triennium: quod tempus fuit quaſi tyrocinium eorum in ipſius ſchola; & eo tempore eos probauit, & inſtituit miſſiones per confinia, & ſenſim illos inſtruebat in ijs, quæ poſt aduentum Spiritûs Sancti (quæ fuit quaſi Profeſſio eorum ſolennis) eſſent facturi.

§. 2. *Varij fines & commoda harum Probationum.*

EX DICTIS licet cognoſcere varios fines, ad quos hæ Probationes diriguntur; & commoda, quæ ex eis proueniunt. *Primus* finis paulò ante inſinuatus: ad excludendos ſcilicet à Religione ſuſcipienda eos, qui non ſunt ad illam apti; admittendos verò ac retinendos aptos, & ſufficientia habentes talẽta; Quorum vtrumque eſt valde neceſſarium: nam æquè noceret, admittere ac retinere verè non vocatos, nec dotes requiſitas habentes pro Religione; atque eas habentes excludere. Cum dixerit Saluator noſter: a *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non eiciam foras.* Neq; tamen contra hanc Chriſti ſententiam fit, cùm excluduntur aliqui habentes vera Religionis deſideria inſpirata; ſi tamen aliunde dotes & talenta neceſſaria illis deſint, aut impedimentum aliquod habeant naturale aut morale, ex ipſorum culpa, aut ſine ea; propter quod fiant inhabiles ad Religionem. Nam huiuſmodi deſideria, vt ſupra eſt dictum, ſolùm illis communicantur, vt cupientes & quærẽtes rem adeò piam & glorioſam, meritum ſuum promoueant. Nam & ipſemet Saluator huius rei nobis dedit exemplum; cùm à ſua ſchola reiecit non ſolùm ſcribam illum, qui non in recto fine & intentione dicebat ei: b *ſequar te quocunque ieris*; ſed etiam hominé illum, à quo c *Dæmonum Legionẽ eiecerat: qui neq; veſtimento induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis, & cum catenis vinciebatur, & compedibus, ruptis vinculis agebatur à Dæmonio in deſerta*: hunc inquam, etſi pia ac recta intentione ac deſiderio *rogaret, vt cum ipſo* Chriſto *eſſet*: d *dimiſit tamen eum Ieſus, dicens: redi in domum tuam & narra, quanta tibi fecit Deus.* Et quauis Chriſtus Dominus noſter multas ad id cauſas, quas ſancti adferunt, habuerit

a Ioan. 6. 37

Ca. 3. ad finem.

b Luc. 9. 57
c ca. 8. 38.

d Mar 5. 19. Non admiſit eum.

tamen eſſe potuit hæc: vt nos doceret: aliquos habentes bona deſideria, cum in ſchola Religionis ſequendi, poſſe tamen non admitti, eò quòd aliquibus defectibus laborarint, propter quos non expedit, eos in tali ſchola verſari; & præſtat, eos Deo in ſæculo ſeruire.

Transeamvs nunc ad alios fines & commoda valde honorifica & glorioſa, quæ per huiuſmodi Probationes quæri, & obtineri poſſunt: quarum ſummam refert S. Ioannes Climacus, ſicut acceperat à S. quodam Abbate: Attende inquit pater: quemadmodum crudelitatis eſſet, eſurienti paruulo panem ex ore extrahere: ita ingens detrimentum adfert ſpiritualis Pater, cui regendarum animarum cura incumbit, niſi ſolicitè curet, dare ſemper illis occaſiones, in quibus coronas omnes ſibi comparent, quas iuxta vires ſuas obtinere poſſunt; etiamſi ad id opus ſit, ignominias, & contemptus adhibere; & præcepta proponere rerum aſperarum, abiectarum, & quæ pœnam aliquam inferant, Priuat enim eos tribus ingentibus commodis: magno ſcilicet augmento virtutum ac meritorum, quæ his probationibus ſibi compararent; & profectu ac vtilitate, quam remiſſioribus alijs adferrent heroicis ſuis exemplis; & feruore conſtantiaque, quam in virtutibus ſenſim acquirerent. Nam hoc modo tentationum remoto, ſolent illi fieri negligentiores, ac deſides, exiſtimantes, ſe iam eſſe perfectos. Quemadmodum enim pinguis ac fœcundus ager, qui ſolet copioſos fructus proferre: ſi ordinaria ei cultura & irrigatio deſit, facilè euadit ſterilis, & vepres, ſpinaſque producit: ita qui talenta habent ad magnas virtutes exercendas; ſi hoc exercitium & ſubſidium gubernatoris eis deſit: facilè in multas culpas, & imperfectiones labuntur. Neque eſt cur ex puſillanimitate ab eis, hac ratione, tentandis retardetur: quaſi vereatur, ne in huiuſmodi tentationibus illi deficiant. Si enim illæ prudenter & cum amoris ſpiritu adhibeantur ſubditiq́; ipſi habeant verum in virtute proficiendi deſiderium: nunquam ſuum deſerent paſtorem, memores ſententiæ illius Apoſtoli, qua dixit: e *nihil poſſe ipſum ſeparare a charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.*

Gradu. 4.

e Rom. 8. 35.

Ad Hæc, feruentes ſuumque profectum zelantes, ſolent ipſoſmet ſuos Prælatos, & Magiſtros vrgere, vt ipſos tentent, probentque in rebus maioribus: ne commodis huiuſmodi priuentur: Eum in modum, quo Daniel eiuſq; ſocij cupientes ſeueriorem quandam ſeruare abſtinentiam, quàm eorum Præpoſitus admittebat, dixerunt ei: f *tenta nos ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum: & contemplare vultus noſtros:* & ipſa experientia diſces eos *meliores & corpulentiores eſſe præ omnibus pueris, qui veſcuntur cibo regio.*

f Dan. 1, 12.

Et idem Sanctus Ioannes Climacus refert de quodam viro cui nomen Iſidorus, petente ab Abbate habitum Religionis: cui Abbas dixit: ſi

Supra.

reuerâ Chriſti iugum tollere decreuiſti, volo, vt ante omnia, te obedientiæ laboribus exerceas. Cui ille: ſicut fabro ferrum ſubiectum eſt: ita & egomet ipſum obedientiæ tuæ expono; vt, quod libuerit tibi, mecum agas.

*Ex Caſ. l. 4. c. 24.*

In hunc finem Patres antiqui ſeuerioribus vtebantur Probationibus. Interdum enim aſperiùs ſubditos, etiam innocentes reprehendebant; quærentes ad id apparentem aliquam occaſionem. Interdum ob leuiſſimas quaſdam culpas, conſultò imponebant graues pœnitentias, iniungentes nunc opera, quæ videbantur non ſatis ad rem; nunc, quæ illorum vires excederent: quæ cum ſubditi aggrederentur, ipſi eos reprehēdebant, aut tanquam inurbanos notabant, quòd ea fuiſſent aggreſſi. Aliquando illis negabant, quæ petebant, etiã cũ rationi conſentanea viderētur, aut illos permittebãt diu ſtare, aut flectere, expectantes reſponſum; quod tamē ipſi non dabant, imò nec verbo eis loquebantur. His probationibus faciebant ſuperiores, vt ſubditi creſcerēt in humilitate, & Patiētia; in Obediētia & abnegatione proprij iudicij, ac voluntatis. & ſequebantur ex eis felices affectus; eò quòd Prælati, vtpote viri valdè prudētes, metiebantur tētationes; eaſq; ad ſubditorum capacitatem accõmodabant: vt tam ab ipſis, quàm à reliquis aſpicientibus, exempli loco approbarētur. In hunc finem multos caſus referunt Caſſianus & S. Ioannes Climacus: Qui inter alia refert vnum de quodam Monacho, qui vocabatur Abbacirus, qui valde fuit probatus, & exercitatus à Patribus: & in hora mortis dixit omnibus adſtãtibus: gratias ago Domino, & vobis Patres, quod me ad ſalutem meam tentaſtis: hac enim ex cauſa immunis à tentatione Dæmonum hactenus manſi. Et hoc ipſum eſt aliud ingēs commodum; quod ex his Probationibus prouenit; illæ enim impediũt tentationes Dæmonum: ſiue quòd nõ audeãt illos tētare, quos vidēt adeò ſtrenuos in illis pugnis, quas cum ſuis ſuperioribus habēt, ſiue quòd Chriſtus Dominus noſter non permittat illis, vt tales milites aggrediantur: quia contētus eſt labore illo tolerandi tales Probationes; ex quibus eaſdē colligũt vtilitates, quæ ex tētationibus hoſtium noſtrorum accipi ſolēt; aut deniq; quòd qui probantur; adeò occupantur in tolerandis conflictibus cum hominibus: vt non ſeſe effundant ad alia cogitãda, quæ ipſis adferãt tētationes. Quēadmodum euenit cuidam Monacho valde tētato, & afflicto à ſpiritu fornicationis: & cum eius Abbas cerneret, eum non proficere, adhibitis ab ipſo remedijs: iuſſit occulte: vt reliqui Monachi iniurijs & oneribus valde moleſtis ac grauibus eũ perſequerentur, & affligerent. His igitur pugnis ab hominibus prouenientibus, euanuerunt illæ, quas cum carne propria & Dæmonibus habebat. Denique huiuſmodi Probationes, quaſi experientiæ ſunt, quæ docent, exercent, & aptos [illegible] dunt milites CHRISTI tempore pacis: vt, cum Dominus permiſerit à Dæmone & mundo eos oppugnari, dexteri ſint in pugnando. Neque de [illegible]

*Lib. 4. c. 23.*
*Gradu. 4.*
Commoda talis probationum.

*Tom. 2. Tra. 2. c. 2.*

ſtre-

ſtrenuos ſpiritualis huius militiæ Duces in his experientijs incurios eſſe, præcipuè cum Tyronibus; ſed in hac arte decet eos imitari, quod Dominus noſter cum ſuis ſeruat electis, ſimilibus eos exercens Probationibus: vt proximo capite dicetur.

## CAPVT V.

RATIO QVA DEVS DOMINVS NOSTER *ob excelſos valdeq́; vtiles fines, iuſtos viros tentat, ac probat: ſimul docens Prælatos eandem rationem ſuos ſubditos exercendi.*

DOMINVS etiam noſter per ſeipſum ſolet Electos ſuos tentare, ac probare in magnum ipſorum bonum, & ob magnæ ſuæ gloriæ fines Quamuis quod ipſe ſit ſapientia infinita, noueritque a *quid ſit in homine*: non tentat, vt nouam habeat eius notitiam aut experientiam; ſed vt alij, qui id ignorant, eiuſdem rei conſcij fiant. Quare S. Ioannes referens, Chriſtum Dominum noſtrum, volentem cibare quinque hominum millia in deſerto: interrogaſſe Philippum: b *vnde ememus panes vt manducent hi?* addit: *hoc autem dicebat tentans eum: Ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.* Ea enim interrogatione volebat, ipſum, paruam ſuam fidem prodere. Deinde, cùm idem Dominus ſit ſumma bonitas, non poteſt tentare impellendo ad aliquid mali, aut ob finem malum. Et in hoc ſenſu dixit S. Iacobus Apoſtolus: c *Deum non eſſe tentatorem malorum: & ipſum neminem tentare*, impellendo ſcilicet ad aliquid mali. Quod ſi huiuſmodi d *tentationes* in Scriptura ſacra ipſi attribuuntur: id fit, quia iuſtè illas permittit, vt fidelitas, & amor noſter erga ipſum manifeſtetur, vt ſuo loco eſt dictum. Sed præter hæc tentat etiam iuſtos per ſeipſum in rebus bonis, ſed valde aſperis ac difficilibus; dirigens eas magna ſua prouidentia ad fines magis præcipuos, quos proximo capite inſinuauimus. Quorum ſummam Sapiens poſuit cùm dixit: e *Deus tentauit iuſtos & inuenit illos dignos ſe, Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos.* Sunt enim huiuſmodi tentationes iuſtis quaſi caminus, ex quo prodeũt à culpis & imperfectionibus magis purificati elegantiores & in omnibus virtutibus ſplendidiores. Eædem ſunt etiam quaſi ignis, quo ſuo Creatori perfectiſſimum ſui ipſorum holocauſtũ offerunt conſumentes propriam voluntatem, honorem ſalutem, ac vitam; nihil proprij ſibi reſeruantes; qui ſplendore auri accenſæ charitatis ſuæ, & ſuauiſſimo ſui holocauſti odore recreant, & corroborant, rapiuntq́; in admirationem fideles; & exſtimulant ad glorificandum Deum, qui tales eis dedit virtutes & animum ſpiritumq́; accipiunt ad eas imitandas. Illi autem

a Ioan. 2, 25

b Ioan. 6. 6.

c Iacob. 1. 13

d Deuter. 8. 3. & c. 13. 3. Tom 2. Tra. 2. c. 2.

e Sapien. 3. 5

Similitudines.

iuſti, qui huiuſmodi Probationes ac tentationes experti non ſunt; his omnibus carent; &, vt plurimùm, ſunt tepidi, ignaui, & imperfecti; qui parum Deum honorant; nec Deus magno ſibi tribuit honori, quod illi tales ſint. Quando autem iuſti feliciter tentationes illas ſuſtinuerunt, *ſunt digni Deo*: hoc eſt, ſunt ſerui digni, qui tanto Domino famulentur; filij digni Patre adeò Potente, qui dignatur, imò honorem ſuum reputat, quòd illos in ſuo ſeruitio habeat; agatq; cum illis familiariter, ſed cum magnus Deus noſter infinita ſua ſapientia notas habeat inclinationes & talenta hominum; & ea quæ maximè diligunt, & maximi faciunt: cùm vult illos probare, tangit illos viuum in re, quæ plurimùm illos mortificabit, & profectum eis adferet. Ac propterea Dei Probationes ſunt multò efficaciores ad ſanctitatem, quam ſint prælatorum & Patrum ſpiritualium: vt ex ſubijciendis exemplis conſtabit. Tria igitur ait S. Gregorius eſſe potiſſima, magisque ordinaria, in quibus Deus Dominus noſter ſuos tentat, ac probat.

*Lib. 28. mor. 1.*

PRIMVM eſt, quod iubet aliqua valde difficilia: vt eorum obedientiam probet & augeat. Hoc modo ait Scriptura, quòd Deus tentauerit Abraham dicens ei: f *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac, & offer eum in holocauſtum ſuper vnũ montiũ, quem monſtrauero tibi.* Quamuis autem ſatis fuiſſet ei dicere: offer mihi Iſaac voluit tamen (vt perpendit Origenes) tot verbis munera exprimere, quæ præcepti difficultatem augerent: vt ipſa tentatio multò eſſet maior: cumq; ille fidelem ſe, & promptum in probatione exhiberet, ſtatuens mox exequi, quod illi Deus imperabat; &, quod in ſe fuit, opere fuiſſet executus: niſi Angelus prohibuiſſet: & tunc illi dixit; *Nunc cognoui* (hoc eſt, nunc mundo manifeſtaui) *quod timeas Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.* Et quamuis Abrahã nõ obtulerit corporale filij ſui holocauſtum: vterque tamen ſpiritualiter ingreſſi ſunt in fornacem & ignem grauiſſimæ huius tentationis; & obtulerunt perfectiſſimum ſui ipſorum holocauſtum, conſumentes & mortificantes propter iudicium & voluntatem honoris & vitæ amorem; & quidquid precioſum in terra habebant. Et in hac tentatione profecerunt, vt in hodiernũ vſq; diem ſupra aurum reſplendeant ad exemplum totius mundi. Sed aduertit S. Ambroſius: Deum duobus modis exercere iuſtos: primùm, dum res graues & aſperas iubet, vt ipſa mandatum expleant: quemadmodum ipſum Abraham iuſſit, g *egredi de terra ſua, & de cognatione ſua, ac de domo patris ſui.* Explicauit autẽ hæc in particulari; (quamuis ſatis fuiſſet exprimere *terram eius*) vt præceptum grauius ac difficilius appareret. Et hoc (ait) appellatur, probare iuſtum. Aliquando tamen eadem iubet, non ea intentione, vt opere impleant; ſed vt, quod in ipſis eſt ad ea implenda ſe offerant: Et hoc propriè dicitur, tentare. *Veris probatur quis; tentatur autem ſæpe compoſitis & fictis.* Has etiã Probationes (vt S. Augu-

f Gen. 22. 2.

*Homil. 8. in Geneſ.*

*Lib. 1. de Abraham c. 8*

g Gen. 12. 1.

Probationis fines.

aduertit dirigit Dominus D. N. vt ipſemet iuſtus ſe ipſum agnoſcat: non enim proprias vires ſatis agnoſceret: niſi tentatus. Iuxta hanc ſententiam exiſtimare debent iuſti huius ſæculi, quod cùm Deus D. N. repentè illis magna animi inſpirat, vt parentes deſerant, facultates, & quidquid precioſum poſſident, & ſeipſos offerant holocauſtum in Religione: hæc inſpiratio ſit probatio, ac tentatio Dei: vt ſcilicet eorum obedientiam, fidelitatem, & amorem probet, quem erga ipſum habent: ſi enim legitimum non adſit impedimentum & ipſi tamen ſacrificium illud renuant afferre: indicium id eſt amoris exigui: nam ſi hic eſſet perfectus: ſtatim ſe ipſos offerrent, ſicut Abraham: vt illi obedirent. Quod ſi poſtea legitimo aliquo impedimento oborto, non poſſint inſpirationi parêre; illa cenſebitur fuiſſe tentatio ſancta, & ſalubris; cùm ipſi, quantum in ſe fuit, ſeſe obtulerint ad exequendum, quod Deus illis inſpirauerat.

*Quæſt. 57. in Gen. & lib. 16. de Ciuit. cap. 32.*

Et eodem modo: cùm Dominus noſter Religioſis inſpirat, vt in re aliqua ſeſe mortificent; quam valdè amant, & magni faciunt; aut facinus aliquod valde egregium; & arduum Diuini obſequij aggrediantur: quale eſt proficiſci ad Indos, & infideles conuertendos; miniſtrare peſte infectis; & alia ſimilia: intelligant huiuſmodi inſpirationes eſſe Probationes, ac Tentatiua Dei: vt pandant virtutem & charitatem, quam habent; illaſque his occaſionibus adaugeant. Et vniuerſim; quandocunque præceptum aliquod rigoroſum Diuinæ ac Euangelicæ Legis occurrit; quale eſt Confeſſionis, aut reſtitutionis, aut dilectionis, inimicorum; aut de non vindicandis iniurijs: & ſimiliter, cum occurrit occaſio exequendi aliquas Regulas religionis valdè arctas, in materia caſtitatis, aut Paupertatis, aut Correctionis: exiſtimare debent, omnia huiuſmodi mandata eſſe quaſi quaſdam probationes, ac tentatiuas Dei; vt ipſi fidelitatem manifeſtent, quam in Dei ſeruitio ſeruant. Hac conſideratione adhibita, debent eſſe fideles in eiuſmodi præceptis adimplendis: quemadmodum Abraham, quæ ſibi præcepta erant, adimpleuit. Verum quidem eſt, huiuſmodi Probationes interdum inueniri in Præceptis rerum leuiorum, ob cauſas inferiùs capite ſeptimo adferendas.

Aliæ probationes & illarum finis.

2. Probatio patientiæ.

SECVNDVM, quo Deus tentat, probatq́; iuſtos, eſt cùm eos grauibus corporis, aut ſpiritûs laboribus affligit: qui ſunt merè pœnæ, & non culpæ: vt ſic eorum Patientia probetur, qua ipſi multum proficiant. Hoc modo h *tentauit Tobiam* ſeniorem *cæcitate & paupertate*; & ipſum Regem Dauid, cùm ait: i *anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*. Et Moyſes dixit populo ſuo, quòd k *Deus ipſum* populum *adduxiſſet per deſertum, vt affligeret eum, atque tentaret: vt nota fierent quæ in eius animo verſabantur*. quod ſignificabatur, cùm dictum fuit quod eos tentauit in l *Mara* quod ſignificat *amaritudinem*, quia eius loci aquæ erant valde amaræ, nec poterant bibi. Sic enim inſinuatur, amari-

i Pſa. 142. 6
k Deut. 8. 2.
l Exo. 15. 23.

tudines

tudines eſſe fornacem, in qua Deus probat ac perficit tolerantiã ſuorũ ſer-
uorũ. in eandẽ fornacẽ inducta eſt matrona illa, quæ viro, filijs, ac bonis for-
tunæ ſpoliata, dicebat ſuis vicinis, & amicis mulieribus: m *ne vocetis me Noe-*
m Rut. 1. 20 *mi, (id eſt, pulchram) ſed vocate me Mara; (id eſt amarã) quia amaritudine val-*
*de repleuit me omnipotens.* Ex qua amaritudine prodijt illa adeò purificata, & in
animo pulchra, vt ſuo loco fuit declaratum. Hoc probationum genere ſolet
Tom. 1. tra. 3. cap. 10. etiam Dominus noſter tentare, ac probare Religioſos, nunc in corpore, mit-
Variæ probationes tens eis morbos ac dolores: vt virtutem ſuam in infirmitate oſtendant quem-
admodum fecerunt in ſanitate: & vt iſque illis creſcant; Interdum etiam af-
fligendo eorum parentes, fratres, aut cognatos morbis, paupertate, litibus
& mortibus: vt ſic ipſorum conſtantia probetur, qua perſeuerant ſemper in
arrepto inſtituto. Sicut è contra permittit, diem vltimum obire fratrem
germanum natu maiorem, ex cuius obitu perueniat ad eos, vel ius primo-
geniture, vel pinguis aliqua hæreditas: vt vel ſic fidelis eorum perſeueran-
tia probetur. Interdum etiam in ſpiritualibus eos probat ſubtrahens repen-
tè conſolationes, & ſenſibilia ſolatia, quæ illis communicabat; & earum lo-
co mittens triſtitias, ariditates ac deſertiones internas: vt ſic puritas mani-
feſtetur amoris, quo illi ſeruiunt; & conſtantia in eius obſequio, etiam cùm
ſolatia & fauores ceſſant. Quibus euenit quod S. Petro n *ambulanti ſuper a-*
n Mat. 14. 30 *quam, vt veniret ad Ieſum ſed videns ventum validum, timuit*: & Chriſtus Do-
minus ſuſpendit nonnihil miraculum, & fauorem, quem ei exhibebat, vt
Petrus *cœperit mergi*: vt ex hac Probatione modicam ſuam fidem agnoſce-
ret & inniteretur potiùs humilitati: fortè enim valde fuiſſet affectus inani
gloria ſi ſuper aquas abſque aliquo periculo ambulaſſet: & *cum clamaret ad*
ſuum magiſtrum dicens; *Domine ſaluum me fac: continuò Ieſus extendens ma-*
*num, apprehendit eum,* & in tuto loco poſuit. Ita etiam, cùm iuſti ſecundo vento
nauigant ſuper aquas maris huius mundi, calcantes omnes res eius, pluri-
mùm affecti ad æternas: non ſolùm Deus noſter permittit oriri tentationum
tempeſtates à dæmone; ſed etiam ipſemet vult eos probare priuãs eos delicijs
tijs ſenſibilibus, vt ſeipſos agnoſcant & humilient; & oratione feruenti
Effectus probationis. ad ipſum accedant; vt ſuorum laborum remedium impetrent. Et ſic Proba-
tiones ac tentationes conuertuntur in augmentum donorum & virtutum
perfectiorum. Vt apparebit in ijs; quæ paulò poſt de Nouitijs adferemus.

3. TERTIVM, quo Deus ſuos probat, eſt: quòd eos (vt S. Gregorius ait) ce-
ubi ſupra. let aliqua ex ſuis myſterijs, & occultis iudicijs: ad probandam eorum hu-
militatem, & ſubiectionem, quam exhibent Diuinæ reuelationi & ordi-
nationi; captiuantes proprium iudicium, vt illud Diuino ſubijciant.
Hac etiam ratione tentauit Deus Abrahamum, faciens, (vt ait Apoſtolus)
o Ro. 14. 18. vt o *contra ſpem in ſpem crederet*: ſperans ſcilicet implendam fore diuinam

pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

promiſſionem, cùm videbantur deficere omnes humanæ rationes talis ſpei: quia Deus illi non reuelabat viam implendæ promiſſionis. ſimiliter probauit Sanctum Ioſephum, ſacratiſſimæ Virginis ſponſum celans ei myſterium eius Conceptionis. Et ſimiliter S. Paulo & aliquibus alijs Apoſtolis celauit aliqua arcana in varijs caſibus. Et cùm ſanctum Petrum acceſſiſſet, vt eius pedes lauaret; & ipſe lotionem illam recuſaret; non ſtatim illi cauſam aperuit; propter quam id faceret: ſed dixit: p *quod ego facio, tu neſcis modò* vt ſic ipſe manifeſtaret, aut iudicij ſui ſubiectionem, aut repugnantiam: quo curaretur. Eodem modo grauiter etiam probat Dominus noſter, permittens nebulas & obſcuritates in aliquibus ſanctæ fidei articulis ad quos humana ratio pertingere non poteſt, nec eos inueſtigare. Quale eſt myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, & Euchariſtiæ; & aliqui caſus gubernationis ac prouidentiæ Dei: quemadmodum Dauid tremebat, videns proſperitatem impiorum, & abiectionem bonorum. q *Penè*, inquit, *moti ſunt pedes mei: penè effuſi ſunt greſſus mei. Quia zelaui ſuper iniquos pacem peccatorum videns.* Sed ſingulariter electos ſuos probat, cùm valdè inſtanter aliquid petunt: ipſe verò reſpondet cum aliqua excuſatione, aut aſperitate: quemadmodum dixit Cananææ; r *non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus*, & ſacratiſſimę Virgini ſignificanti defectum vini in nuptijs, aridè valdè reſpondit; ſ *quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea.* Eoſdem etiam probat, cùm adhibentes maiores diligentias, vt ſuam excitent deuotionem; illos ſinit ariditores; aut cum maiori feruore quærentes aliquam virtutem: experiuntur ipſi maiores tentationes, & quaſi remotiores ſe eſſe ab illa. Contra verò maiorem experiuntur tranquillitatem: cum ipſorum iudcio, minor præceſſit diligentia. Quamuis autem fornax hæc harum tentationum fumo abundet, propter obſcuritatem quam ſecum habent coniunctam ipſæ probationes: ex eis tamen iuſti prodeunt ſplendidiores, in quibus magis eminet humilitas, & ſubiectio ipſi Deo in omnibus, quæ propria ratiocinatio non aſſequitur.

p *Ioan. 13. 7.*

q *Pſal. 72. 2.*

Probat inſtanter petentes.

r *Mat. 15. 26*

ſ *Ioan. 2. 4.*

DENIQVE in ipſiſmet bonis & conſolationibus ſpiritualibus, ſolet Dominus noſter probationes ſuas & tentatiua adhibere, eum in modum, quo dixit Moyſi; t *ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies; vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non.* Cùm enim præciperet, vt quotidie colligerent quantum ſufficeret: voluit eos tentare, & probare: an illud præceptum ſeruarent, an verò ex cupiditate aut curioſitate plus vellent colligere, quàm opus haberent. Ita etiam Dominus noſter in certa menſura & pondere dat iuſtis manna donorum & conſolationum cœleſtium, tentans & probans eos, vt aliquo indicio prodant, an humiliter menſuram illam acceptent, viuantque contenti cum ea

t *Exod. 16. 4.*

portione, quam Deus illis largitur: aut contra: an inſoleſcant, plura concupiſcant, aut inuidia contabeſcant. eò quòd non habeant, quæ ipſis deſunt; aut incautè plura accipere velint, quam ferre poſſint. Sed & hæc ipſa probatio tendit ad maius ipſorum bonum: quia nouit ipſe bene, nullum eſſe maius ornamentum, aut profectum ſpiritualem: quàm quod quis ſubmiſsè ſubijciat ſe diuinæ ordinationi; velitque id ipſum, quod vult Deus in proſperis & aduerſis; in dulcibus & amaris. His autem tentationibus conformitas hæc ingenua & generoſa obtinetur. Quamobrem Dauid Domino dicebat; x *Proba me & tenta me: vre renes meos & cor meum*: nam quòd

x *Pſal.* 25. 2. ita prober ac tenter ex ordinatione tua, non poteſt non cedere in meum profectum. Ab hoc exemplari diſcere poſſunt Prælati Religiosorum, Magiſtri Nouitiorum, & Patres ſpirituales, probare & exercere ſibi commiſſos eodem tamen ſpiritu, quo ipſe Dominus facit: vt ſubditi dexteri euadant in his ſpiritus pugnis, & nouerint congredi cum dæmonibus, qui eos aggredientur magis adhuc horrendis tentationibus. Hoc valdè ad viuum exprimit exitus Patriarchæ Iacob timentis perſecutionem & furorem fratris ſui Eſau tunc enim, cùm in illo tremore ſolus maneret: *ecce vir luctabatur cum eo vſque mane*. Erat autem Angelus DEI: Finis autem luctæ

y *Gen.* 32, 24 fuit quod *neruus femoris Jacob ſtatim emarcuerit*, ita vt *claudicaret*: ſed ab eodem Angelo *fuit benedictus, & mutatum eſt nomen eius Iacob*, quod ſignificat luctatorem, in *Iſraël*, quòd ſignificat *fortem contra Deum*: idque cum certo pignore & promiſſione; quòd etiam eſſet fortis futurus contra homines. Ex ea enim lucta inſtructus fuit & euaſit ſtrenuus & fortis ad pugnandum contra eos, & vincendum. Hunc igitur in modum prædictæ probationes ſunt quaſi luctæ ſpirituales cum amicis, qui nos fortes ſtrenuosque reddunt ad congrediendum cum inimicis. Deus enim aſperis & duris præceptis & afflictionibus, ac humiliationibus, quas nobis mittit, luctatur nobiſcum: nos autem cum ipſo luctamur orationibus & gemitibus, vt in his anguſtijs nobis adſit. Huius autem luctæ finis & exitus eſt, vt noſtrarum paſſionum neruus marceſcat; nos verò benedictionibus cœleſtibus repleamur, magnaque fortitudine & alacritate ad pugnandum cum dæmonibus, eosque vincendos Nam qui ex lucta, quam habet cum Deo, eiusque miniſtris, victor euadit: dignus eſt, qui adiuuetur, vt vincat in lucta & congreſſu, quem contra dæmonem, eiusque ſequaces inibit.

Deus nobiſcum luctatur aſperis præceptis.

(***)

## CAPVT VI.

### MODVS ET RATIO, TENTANDI ET PROBANDI *ſeipſum vt ex tentationibus & probationibus, quibus exercetur ab alijs, felicem habeat exitum.*

VT FELIX ſit exitus omnium probationum & tentationum prædictarum, plurimùm iuuat inſigne illud Eccleſiaſtici conſilium, ac documentum: a *fili, in vita tua tenta animam tuam*: quaſi dicat, fungere officio Tentatoris erga teipſum, probando & exercendo te in varijs rebus, tibi moleſtis & grauibus: vt experientiam ſumas facultatis, & virium tuarum ad ferenda onera Religionis, ac Perfectionis, quam deſideras; & ad pugnandum in conflictibus; quos vereris in tuæ vitæ decurſu. quemadmodum etiam ſuadet Apoſtolus; dicens: b *Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide: ipſi vos probate*, an ſitis firmi in Charitate, Humilitate, & Patientia, reliquiſque virtutibus quas profitemini.

a Eccle. 37. 30. Quiſque ſeipſum tentet.

b 2. Cor. 13. 5.

1. Duplex ſuiipſius probatio.

DVABVS autem vijs id fieri poteſt: Prior eſt, exercendo aliqua difficilia, & aſpera in materia harum virtutum: vt earum veritas & ſoliditas deprehendatur. Si enim magnas, forteſque propriæ voluntatis abnegationes exerceas, intelliges: an tantum habeas de virtute obedientiæ: vt, quando opus erit, illam abneges; vt Dei ac Superiorum voluntatem ſequaris; & ſi humiliationes & voluntarias afflictiones exerceas; teipſum probas, ac tẽtas: vt intelligas, an humilitatem & patientiam habere poſſis, cũ humiliationes & afflictiones ferre cogêris. Huc autem tendit ſententia illa Apoſtoli ad fideles, qui per gentiles ac Iudæos à dæmone tentabantur, & affligebantur: vt ſcilicet ipſimet tentarent in ſeipſis firmitatem fidei ſuæ. quaſi eis diceret: vt hanc firmitatem, & conſtantiam agnoſcatis, ne expectetis, vt Tyranni & Carnifices ſuis vos cruciatibus tentẽt, ac probent; ſed voſmetipſos probate ſeueris pœnitentijs, & aſperitatibus: vt intelligatis quantam virium facultatem habeatis ad eiuſmodi facinora, cùm occurrerint, aggredienda & ſuſtinenda. & ita olim faciebant, qui martyrij conflictum expectabant: in eo enim ſeſe exercebant tempore pacis; & ipſimet faciebant ſe carnifices ſuiipſorum, ſubeuntes mortificationes aliquas graues, quæ pœnam & dolorem inferrent. Quare qui cogitant religionem ingredi, debent ſeipſos probare, exercẽtes aliqua eorũ quæ poſtea ſunt in Religione ſubituri: vt experientiam ſumant facultatis & virium, quas habent ad illa obeunda. Et ipſius Nouitiatûs tempore ſponte debent huiuſmodi ſuiipſorum pro-

bationes exercere, vt ſic diſponant ſe, ad eas ſubeundas, quas Prælati pro-
ponent, aut dæmones obtrudent: aut certè vt hac via illorum tentationes
effugiant: quemadmodum fecit Sanctus quidam vir nomine Euſebius,
de quo refert Theodoretus, quod ad puniendam quandam ſuam imme-
deſtiam in eleuandis abſque cauſa oculis à terra, alligauit ſibi ferream ca-
tenam ad collum, quam ita traxit, & alligauit cuidam alteri, qua erat acce-
ctus; vt cogeretur ſemper habere caput demiſſum: in qua mortificatione
perſeuerauit per quadraginta annos, dicens, ſe id facere non tam vt culpam
illam in ſe puniret; quàm quod hac ipſa lucta, quam contra ſeipſum con-
tinuè exercebat, expediebat ſe à multis alijs luctis, ac tentationibus, qui-
bus dæmon ipſum afflixiſſet; qui, quòd ſuperbus ſit eum refugit tentare
quo intelligit, & facilè timet, ſe vincendum: exiſtimat autem id futurum
ſi eum aggrediatur, qui ſemper attendit: vt ſeipſum vincat. nam hæc vi-
ctoria ſeipſum probat, & aptum reddit ad vincendos alios: propterea enim
Patiens melior viro forti c Prouc. 16. 32. Sapiens dixit: c *meliorem eſſe patientem viro forti: & qui dominatur animo ſuo,
*expugnatore vrbium*; & commune proloquium eſt: fortiorem eſſe, qui ſe
quàm, qui fortiſſima vincit mœnia.

2. POSTERIOR via & ratio, has probationes faciendi, eſt ipſa imagina-
tione apprehendere res moleſtas, & horrendas: quæ vt plurimùm nobis
poſſunt euenire. Cùm enim eas nobis quaſi occurrentes ante oculos pon-
mus; obſeruare licet, quem animum & quantam fortitudinem caro & ſpi-
ritus ipſe oſtendat in eis admittendis; aut puſillanimitatem & timorem
earum, vt illas euitet ac fugiat. Sic enim experientiam ſumimus & nos ip-
ſos exſtimulamus, ad eas acceptandas, & nos ipſos internè vincendo.
Collat. 19. c. 4. Eum in modum, quo Caſſianus loquens de ijs, qui manent in ſolitudine,
nec eis adeſt, qui aliquid faciendum iubeat, ipſoſque in humiliationibus &
afflictionibus exerceat: ait: ad conſequendas & augendas virtutes obedi-
entiæ, humilitatis; & patientiæ, cogitent, & fingant, alios imperare ipſis res
graues, & aſperas; aut euenire ſibi aliqua, quæ pudorem aut ignominiam
adferant. & tunc excitent ſeipſos ad huiuſmodi prompta voluntate acce-
ptanda. In hoc autem magna eſt prudentia adhibenda: ne talis probatio
Probatio propria quandoq; pernicies noſtra. conuertatur in tentationem dæmonis, ad noſtram perniciem. Quare non
timidis & puſillanimibus, ſed feruentibus & ſtrenuis hæc via ſeruiet: ſo-
lumq; ie locum habet, vt ob oculos nobis res tales proponamus: quæ pœ-
nam & dolorem adferunt ſtatui noſtro accommodatum; & quæ, vt pluri-
mùm, eueniunt. Eſtque omninò ad rem, eas præmittere alicui cœpto, aut
pugnæ ſpirituali valde difficili ac periculoſæ, quæ videtur imminere.
Quomodo Chriſtus Dux noſter voluit ad noſtrum exemplum ſeipſum
probare, antequam paſſionis conflictum ingrederetur. Ita enim ſe in

horto

horto Getſemani exercebat, excitans nouo quodam modo ſuam imagi-
nationem repræſentatione rerum omnium amararum, & ignominioſa-
rum, quas erat ſubiturus: vt ſic apprehenſæ producerent grauiſſimos affec-
tus d *timoris*, e *tedii*, *triſtitiæ*, & f *agoniæ*, cum tanto ſenſu, quaſi caro ipſam d *Mat.* 26.
pugnam Paſſionis effugere vellet. Sed prodijt ſtatim ſpiritus ad pugnandum 37.
& vincendos illos affectus: qua victoria obtenta, etiam ipſa caro ani- e *Mar.* 14.33
mum & ſpiritum aſſumpſit, ad ſuſtinendam pugnam paſsionis, quam f *Luc.* 22.4.
expectabat: in qua victor etiam euaſit, ſicut in prima. Hunc in modum
debebit tentare, & probare teipſum, proponens tibi ob oculos res ama-
ras, & pœnam adferentes, quæ ſunt in lege Dei, & in ſtatu in quo es; & in ip-
ſo inſigni facinore, quod aggrederis. Quod ſi videris carnem timores
multos & anguſtias proferre: pugnandum tibi eſt, & ſeriò luctandum, do-
nec victoriam obtineas: offerendo teipſum magna voluntatis prompti-
tudine ad labores imminentes. Et hæc prima victoria diſponet te, multum-
que iuuabit, ad obtinendam ſecundam, cùm ad ipſam pugnam peruene-
ris. Quare ad præueniendas dæmonis tentationes, plurimùm refert, has
probationes eſſe expertum, & victorem ex eis euaſiſſe: nam & ipſe dæmon
refugit tentare eum, quem videt adeò firmo & generoſo animi decreto
munitum. Ac propterea Sanctus Baſilius dixit: eos, qui de ſtatu perfe- *De conſtit.*
ctionis aſſumendo cogitant, debere ſe adeò firma voluntate, certoque ac *Mona.c.*20.
reſoluto iudicio munire: vt maligni ſpiritus non audeant ſuis tentationi-
bus eos aggredi. Quæ ſententia ſignificat: eoſdem malignos ſpiritus ve-
reri, eos aggredi, quos vident tanta conſtantia munitos: ne pudore ſuffuſi
e pugna recedant. Sed etſi dæmones experiri fortunam velint ſuis tenta-
tionibus: & perſecutionibus; generoſa tamen hæc animi reſolutio, labores
ac moleſtias acceptandi, quas ob oculos poſitas aut imaginatione conce-
ptas videmus, plurimùm ad eas vincendas confert. Solet enim Dominus
noſter huiuſmodi fauore & auxilijs eam remunerare, vt graues nobis non
ſint; ſed potiùs iucundum, eas aggredi, & cum eis congredi. Vt videre li-
cet in eo, quod euenit tribus pueris, quibus Nabuchodonoſor minabatur,
niſi ſtatuam auream adorarent, mittendos in fornacem ignis ardentis. Cui
illi inſigni animi reſolutione & fortitudine reſponderunt: *Deus noſter,* Dan.3.17.
*quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex,*
*liberare. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi, quia Deos tuos non colimus*, etiamſi in
ipſa fornace igne conſumamur. O virile animi decretum, diuinum po-
tiùs quàm humanum! in quo ſimul conuenerunt confeſsio diuinæ Omni-
potentiæ ad eos ex illo igne liberandos, ſi vellet; & firmiſsima voluntatis
reſolutio diuina gratia adiuta, ad tantum incendium tolerandum, ſi eos
non vellet Deus liberare. Sed nec bonitati diuinæ voluntas, nec eius Om-

Verſ. 49. nipotentiæ poteſtas defuit. Nam vix tres pueri in fornacem miſſi fuerunt, cùm *deſcendit Angelus Domini in ipſam fornacem, & excuſsit flammam ignis de fornace; & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Ex quo feliciſſimo exitu, licet intelligere, quanti Deus faciat generoſum & efficax animi decretum ſuſtinendi & patiendi quidquid ipſe voluerit, & occurrerit, obſequij eius cauſa. Dic igitur tentatori, aut tibi ipſi: potens eſt Deus per ſuam Omnipotentiam liberare me à calamitatibus & amaritudinibus, quæ occurrunt in vita Chriſtiana, & Religioſa; & eaſdem valde mihi iucundas & ſuaues reddere: quod ſi hoc fauore mecum vti noluerit; ſed permittere me in cruce perpetua & amaritudine viuere: ego tamen certò decreui, idola mundi & auream carnis ſtatuam non ampliùs adorare: cuius cauſa paratus ſum, quemcunque calicem laborum & ærumnarum haurire, etiamſi amariſſimæ illæ ſint: imò & ipſam vitam, ſi opus erit, exponam; vt creatori meo in omnibus, quæ præcipit, fideliter ſemper obediam. Quod ſi ex toto corde & animo generoſo hæc feceris: poteris certus eſſe, Deum Omnipotentia ſua tibi adfuturum, & miſſurum è cœlo Angelorum ſubſidium, ventumque fortium inſpirationum, & rorem conſolationum ſpiritualium in ea copia & abundantia, quæ tibi expediet: vt ex omnibus occurrentibus congreſſibus etiam grauiſſimis victor euadas.

Deus ſuccurrit forti.

EST AVTEM operæpretium aduertere, in vtroq; prædicto modo probationum, quòd licet adhuc in ſæculo manens, vel initio Tyrocinij, aliquid in corde teneritatem & mollitiem ſentias ad res temporales, quibus renunciare cogitas: non tamen propterea debeas animum abijcere: nam ſtatim atque è ſæculo exieris, breui temporis decurſu, affluente diuina gratia, euaneſcet tota illa affectio tenera, & cor reddetur forte & conſtans in obſequio diuino, vt valde futurum tibi ſit iucundum, ea omnia deſeruiſſe. Gemmam ait Plinius generari in concha maris ex rore cæleſti: quæ, quamdiu eſt in aqua, eſt mollis; ſed ſtatim atque extrahitur ex mari indureſcit, magnamque pulchritudinem acquirit. Ita bona deſideria & propoſita, quæ ex diuina vocatione concipis, quamdiu in ſæculi mari hæres, aut etiam in ipſis initijs postquam illud deſeruiſti, mollitiem aliquam habent; & periculum eſt in tempeſtate tentationum ne euaneſcant; at cùm omninò ſæculum deſerueris, & occaſiones, quæ in eo te retinebant: ſolidabuntur maiusque robur acquirent; & vita ipſa religioſa erit tanquam precioſa margarita precij inæſtimabilis.

Lib. 9. c. 33.

(.·.)

# CAPVT VII.

## CAVSÆ CVR ALIQVI TYRONES VOCATIONI *ſuæ deſint*, & *ad ſæculum redeant; earumque remedia.*

NON EST nouum, quòd multi exeant è ſæculo, & vitam religioſam auſpicentur; qui poſtea tentationibus victi deficiant, & ad miſerandum, in quo antea erant, ſtatum reuertantur: ſiquidē a *multi diſcipulorum* Chriſti *abierunt retro: & iam non cum illo ambulabant*. Cauſas huius inconſtantię — a Ioan. 6. 67
ac mutabilitatis fuſius explicuimus in vtroque tomo præcedenti, ſumpta occaſione ex euentu duarum mulierum — To. 1. tract.
Ruth, & Orphæ, quæ ſimul exiuerunt ex Regione Moab, relinquentes ſuam — 2. c. 3. & 10.
patriam, domū matrum ſuarum, ac Deos, quos ita adorabant; vt comitarentur — 2. tra. 2. c. 7
Noëmi in ciuitatem Betlehem, in qua verus Deus adorabatur. Et quamuis Ruth ſtrenuè perſeuerauerit in omnibus probationibus & congreſſibus: Orpha tamen defecit à bono ſuo propoſito, & poſt breue ſpatium rediit ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, pertracta amore, quo illos proſequebatur; & moribus, quibus fuerat enutrita. Sed nunc exemplo huic duarum mulierum addemus aliud illorum quatuor, qui Dei vocatione deſeruerunt Sodomam; iuſſit enim, illos in itinere b *non reſpicere poſt tergum*: ne cum So- — b Ge. 19. 17.
domitis perirent. & quamuis Loth, duæq; eius filiæ huic præcepto paruerunt: *vxor* tamen *eius reſpexit poſt ſe, & ſtatim verſa eſt in ſtatuam ſalis*. In quo exemplo, ait S. Auguſt. repræſentari duo genera perſonarum, mundum de- — Verſ. 26. Ser. 34. ad fratres in Eremo.
ſerentium, quædam enim perfectè & conſtanter eum deſerunt, ſicut Loth; aliæ verò tepidè, reſpicientes retrò, ſicut eius vxor. Cuius miſerabilem lapſum reuocat nobis in memoriam Chriſtus D. N. loquens de tribulationibus ab Antichriſto inferendis. c *Tunc*, inquit, *qui in Iudæa ſunt, fugiant ad mō-* — c Mat. 24. 16.
*tes: & qui in tecto, non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: & qui in agro*, ſiue in itinere, *non reuertatur tollere tunicā ſuam*. d *Memores eſtote vxoris Loth*. Cuius — d Luc. 17. 32
ſententiæ myſticum ſenſum explicant SS. Ambr. Hilar. & Aug. quaſi dicere — Lib. 8 in Lucā c. de eo quod hora aduētus. Canon. 25. in Matth. Li. 2. de qq. Euangel. c. 41. tom. 4.
voluerit: qui ſalutē ſuam certam, ac ſecuram habere volunt, fugiētes pericula, quæ in mundo occurrunt, ſi vitam communē reliquorum hominum ducunt; fugiant inde, & cōſcendant montes: contendentes, vt ſaluentur in celſitate perfectionis Chriſtianæ. Et qui iam in tecto eſt domus ſuæ eò quòd intra ſuam conſcientiam conſcenderit ad culmen perfectionis: is non deſcendat, vt rebus terrenis, & carnalib. huius vitæ ſeſe implicet; & abijciat ad ea, quæ ante deſeruerat. Et qui in agro laborat, hoc eſt bonis operibus ſeſe impendit; nō reſpiciat retro, neq; tunicam quærat, quā domi reliquit; vt veſtē veterū induat veteris hominis, & opera reſumat, quibus iā renunciauerat.

Et vni-

Et vniuerſim; qui ad culmen vitæ contemplatiuæ conſcenderunt, aut in o-
peribus actiuæ ſeſe exercent: ſint conſtantes in inceptis; nec ob reſpectum
aliquem, aut prætextum humanum retrò aſpiciant. Cùm igitur religioſi
qui mundum deſeruerunt, iam habitent in tecto, & loco ſublimi Eccleſiæ
ac domus Dei, hoc eſt, Religionis: ne deſcendant ad aream ſeu ingreſſum
domus, redeuntes ad vilitatem ſtatus ſæcularis: in quo ſunt impedimenta
& ſtrepitus rerum temporalium: quas, vt Deo ſeruirent, reliquerunt.
Cumque egreſſi iam ſint ex terra ſua, & ex domo Patrum ſuorum; labo-
rentque in agro ſacræ Religionis; in quo Euangelicæ perfectionis theſau-
rus latet; non reuertantur ampliùs in domum ſuam, nec tunicam indu-
vitæ ſæcularis, quam ſemel exuerunt: ſed conſtantes perſeuerent, mu-
dum cum feruore fugientes, donec voti ſui compotes fiant. Mementote
vxoris Loth, dicit Chriſtus, cui Deus illud contulit beneficium, vt eam è So-
domis & eorum periculis eam eriperet; quæ, dum fugeret, ſubſtitit, & re-
ſpexit retro: propter quem in ſua fuga languorem, conuerſa eſt in ſta-
tuam ſalis, in perpetuam omnium hominum cautelam & exempl-

Lib. 19. de Ciuit. c. 30. & lib. 24. qq. Euang. c. 45. Tom. 4. & in Pſal. 83.

Nam, vt Sanctus Auguſtinus perpendit: vbi reſpexit, ibi remanſit; & per-
tuò manebit; vt ignorantes & inconſtantes inſtar ſalis ſaliat; moneat
cautos fieri ex alieno malo, ne ſimilis pœna veniat ſuper ipſos, & ipſi q
que lapides fiant cautelæ pro alijs. In hodiernum diem, ait Rupertus, q

Lib. 6. in Geneſ. c. 11.

cunque, ſicut canis, redit ad vomitum, conuertitur in ſtatuam ſalis. Nam
pernicioſus ſit ſibi: alijs tamen eſt vtilis: qui aſpicientes in eius infelicem
finem, cauti euadunt; & ſeſe continent, ſimilem timentes punitionem.

### §. I. *Tres radices & cauſæ non perſeuerandi in Religione.*

SED, cùm Saluator noſter iubeat nos in exemplum inconſtantis m
ris aſpicere: producamus in lucem cauſas eius inconſtantiæ, in qu
licebit ſex præcipuas radices ad viuum depictas obſeruare: ex quibus
næ & lapſus multorum proueniunt, qui à ſua vocatione deficiunt, tam
1. tyronibus, quàm ex Antiquis. *Prima* radix & cauſa eſſe ſolet imbecill
exigua in prima ſua reſolutione firmitas: eò quòd exitus ex mundo
fuerit cum firma & virili reſolutione, illum in perpetuum relinque
neque cum plena Dei vocatione propter fines ſcilicet, & motiua perp
ſed propter impetus aliquos, aut reſpectus humanos; non ſatis profund
maturè conſiderantes, quid agerent. Quales ſunt, qui ingrediuntur R
gionem ex aliquo naturæ impetu; aut quod aliqui ſocij eam ingre
tur. Cùm enim hic reſpectus & motiuum breui euaneſcat; ita & volu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ illi innitebatur, facilè mutatur. Eum in modum, quo Orpha exiuit ex Moab, quòd videret ſociam ſuam Ruth exeuntem. Sed breui defatigata, ſequi eam ceſſauit. Et fortè vxor Loth ex Sodomis, non tam ob timorem, ne cum ſuis conciuibus igne abſumeretur; quàm quod videret, virum ſuum, quem comitari decebat, exire. Sed, cùm non ita ſponte & lubens exiret, non potuit greſſus eius, qui valde erant celeres, ſequi: ideoque ſubſtitit reſpiciens retrò versùs Sodomam, vnde exiuerat. Vt plurimùm enim, qui ob huiuſmodi humanas cauſas, & motiua ex mundo exeunt, cùm non poſſint celerem feruentium ſuorum comitum, qui ex diuinis motiuis exierunt, greſſum aſſequi: tandem defatigantur, illosque deſerentes, reſpiciunt retro, bona, quæ reliquerant, & quæ illis arrident ſuſpirant, vt ad ea redeant. Quamobrem maximi ea momenti vt initio fiat reſolutio cum magna firmitate innitendo promiſſis, aut comminationibus diuinis: quæ huiuſmodi mutationes non ferunt.

HINC *ſecunda* oritur inconſtantiæ radix in ijs, qui vera Dei vocatione mundum fugiunt: ſed adducunt ſecum aliqua vitia, & mores improbos, quibus infecti erant, non deteſtantes eos ex toto corde; ſed etiam in rebus leuioribus aditum eis præbentes: & ſic ſenſim inclinant, vt ad eos redeant. Si enim cum feruore mundum fugiſſent; conſilium illud ſequi debuiſſent, quod Christus Dominus noſter ſuis propoſuit Apoſtolis, dicens: a *quicumq; non receperit vos, exeuntes de ea domo ſeu ciuitate excutite puluerem de pedibus veſtris*, quaſi dixerit: ita ab eis recedite, & fugite, vt nihil, quod ipſorum ſit, vobiſcum accipiatis; ne quidem puluerem, qui veſtris pedibus adhæſit. Et, qui ex Sodomis exit cum feruore ſicut Loth, debet eius pulueres excutere ex pedibus ſuis, exuendo quodcunque vitium, & inordinationem mundi, quantumuis minimam; ne occaſionem habeat in grauia aliqua labendi; ſeſeque maculandi vitijs mundanorum. Lutum Sodomæ ſunt peccata grauia, de quibus dicit Ezechiel: b *hæc fuit iniquitas Sodomæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium, & quòd manum egeno, & pauperi non porrigebant*: ex quo in horrendas obſcenitates eſt lapſa. Puluis autem eiuſdem Sodomæ ſunt peccata leuia, & quaſi affinia horum vitiorum in materijs proprijs Religioſorum, quales ſunt aliqua ſuperbia, aut honoris ambitio in rebus ſpiritualibus; ſaturitas aliqua, guloſitas, aut in rebus ſuperfluis proprietas; aut aliquis modus otij, aut charitatis defectus erga ſuos fratres. Ex his pulueribus lutum illud prouenit; & ex conſuetudine in rebus paruis oriuntur, aut viueſcunt potiùs magnæ, quæ tanquam mortuæ iacebant; cùm tamen mortuæ non eſſent. Nam in ipſo exitu ex mundo illas portauit in corde; ſed tectas tamen, & quaſi laruatas. Eum in modum quo Rachel, fugiens ex domo Patris ſui Laban, c *furata eſt idola pa-*

2. Non fugere vitia ſecunda radix defectibilitatis.

a Mat. 10. 14

b Ezech. 16 9.

Rachel fugiens ſuſtulit ido a Patris.

c Gen 31, 19.

S. Chryſoſt.

*tris ſui*,ſecumq́ue abſtulit. Nam vt graues Doctores aſſerunt, ad illam
*Rupertus Gennadius, & alij apud Lipoma in Catena.* affecta,& propenſa:volebatque ea occultè in via adorare: Ita aliqui mu
dum fugientes,vt Religionem ingrediantur, accipiunt ſecum in corde
tentia quędam idola vitiorum,in quibus fuerunt enutriti:nam mutatio no
rum morti ipſi æquiparatur. Quare occultè illa adorant, thus aliquod il
offerentes,& interdum facientes aliquid,quo illa fouent & conſeruant. &
propterea nec in ſpiritu proficient,neque in ſtatu illo perſeuerabunt,niſi
omnino exuant. Nam quemadmodum Laban perſecutus eſt Iacob, quæ
*Verſu.34.* rens idola ſua, & niſi *Rachel ea occultaſſet ſubter ſtramenta cameli, & ſed*
*deſuper*, periculum imminebat vitæ; eò quòd eſſet lata ſententia, vt apud
*quemcunq; Deos ſuos Laban inueniſſe, necaretur*. Ita etiam dæmon & mund
ſequuntur fugientem & aſportantem maledicta huiuſmodi idola: quare
*Lib.31.mo. c.16.* pœnitentia,vt ait S. Gregorius, ea abſcondat,calcando tanquam rem co
temptibilem:periculum eſt,ne mundus captiuum eum,& morti culpæ
iectum reducat.Domus enim DEI non poteſt talia idola ferre. Quare
corde ſeruans; breui cum Orpha redit ad locum, vbi ea conſueuit
rare.

3. HVIC inconſtantiæ radici affinis eſt *tertia*, nimij amoris & affectus
parentes & bona temporalia,quæ in ſæculo reliquerunt. Hæc vxorem L
proſtrauit, & ipſius Loth conſtantiam probauit:nam Sodomis habe
amicos,& notos;domos & agros,multosq́ue greges. Quoniam igitur m
lier vehementi harum rerum affectu, quaſi vincta tenebatur,grauiter
bat eas deſerere; & cùm audiret ſtrepitum ignis è cælo ſuper Sodomam
ſcendentis,contempto diuino præcepto, reſpexit cum ingenti ſuo dol
quaſi cupiens ſi licuiſſet res ſuas contra diuinæ iuſtitiæ decretum,
eripere. Quæ iuſtitia diuina eam ſtatim in ſtatuam lapideam conuertit,
niens eius tenerum affectum perpetua lapidis duritie. Quo facto mon
voluit Religioſos,vt exeuntes ex mundo, relinquant omninò inordina
ad parentes & cognatos,& ad res omnes, quas habent, affectum; ma
cum feruore mortificantes. Alioquin nec celeriter fugere, nec ſecu
tem & firmitatem vnquam habere poterunt. O ſtulti; (ait Sanctus B
*Serm in id Beatus homo qui inuenit ſap.* „ nardus) ſi fugitis mundum ob periculum pereundi in eo, & res om
„ quas habebatis,in eo relinquitis. cur ergo vobiſcum,catenas & comp
„ portatis quibus vinctos vos tenet? Sed faciamus,eos eſſe aureos: meliu
„ men eſt ſine illis fugere,ac ſaluari:quàm eorum cauſa damnari. Comp
„ ſunt affectus ad perſonas, & res quæ in mundo remanent. Confringi
„ ſtos compedes; mortificate inordinatos affectus; obliuiſcimini omn
„ quæ in Sodomis habebatis; ne affectu aliquo terreno ad ea reſpiciatis,
dolore afficiamini, eò quòd reliqueritis. Niſi enim id faciatis: eò

uenietis, vt veritate & ſpiritu Religionis amiſſis, maneatis; vt ſanctus Baſilius ait, tanquam figura & ſtatua eius. Et quidem erit ſtatua ſalis: vnde alij cautiores fiant: ſibi autem erit tanquam terra proditorum d *in qua ſal aſpergebatur*: vt ſemper maneret ſterilis & inutilis. Contendite iuſtum Loth imitari: qui etſi grauiter ferebat è Sodomis diſcedere: quam primum tamen exiuit, oblitus eſt rerum, quas in ea reliquerat: nec pluris eas fecit, quàm ſi ad ipſum non ſpectaſſent: & ita exactè Dei præceptum ſeruaret; vt nec reſpiceret illas quidem.

De Conſt. Monaſt. c. 21
d Iudic. 9. 45

NEC vacat myſterio, quòd cùm Loth eſſet in Sodomis, etſi eorum peccata videbat, & cum illis verſabatur, dicit tamen de eo Sanctus Petrus: quod e *aſpectu & auditu iuſtus eſſet: habitans apud eos, qui de die in diem animam iuſtam iniquis operibus cruciabant*. & nihilominus, cùm Dominus eum inde eduxit, prohibuit *reſpicere poſt tergum*: vt ſignificaret, quod protectio diuina ſubueniat iuſtis in caſibus coactis: cum ſcilicet non poſſunt ſe excuſare ab agendo cum improbis; ſed cum ab impia illa ſocietate eos eripit, vult eos omninò eius obliuiſci: nam tunc vel ipſe aſpectus tribueretur vanitati, aut ſenſualitati, aut curioſitati: & periculo ſe exponerent, aliquem affectum ad malum concipiendi; quando abſque cauſa libenter illud aſpiciunt.

e 2. Pet. 2. 8
Geneſ. 19. 17

### §. 2. *Aliæ radices occultiores.*

ALIÆ ſunt radices ſiue cauſæ magis occultæ non perſeuerandi in vita religioſa. Quæ deprehenduntur ex cauſis, quas Deus habuit, vt præceptum hoc Loth imponeret. Nam ſi humanis oculis illud intueremur, poſſemus dicere: potiùs futurum fuiſſe expediens, vt Loth totaque eius familia ſupplicium illud Sodomorum intueretur, cùm illud eſſet iuſtiſſimum; &, vt Sanctus Petrus ait; *in exemplum poſitum eorum, qui impiè acturi eſſent*, æterni ſcilicet ſupplicij, quo impij in inferno erunt afficiendi. Nam quemadmodum terreni iudices, cùm furem aliquem ſuſpendunt, aut hæreticum comburunt, libenter vident, plurimum populum conuenire, ad ſupplicium illud aſpiciendum; vt in alieno capite exemplum accipiant; & culpam fugiant, ne pœnam ſubeant adeò grauem: ita videtur potuiſſe Deo Domino noſtro placere, vt Loth & eius familia horrendum illud incendium aſpicerent, vt maiorem conciperent horrorem de peccato, & igne æterno, quo illud punitur. Sed diuina Sapientia profundiora alia habet conſilia in gubernatione hominum, in quos beneficia confert ſingularia. Vult enim ſimul eos tentare & probare (vt capite quinto eſt dictum) imponens eis aliquod præceptum, in cuius obſeruatione manifeſtare poſſint proprij iudicij re-

Iudices in iudicio de confluxu populi gaudent

ſignationem; & voluntatis promptitudinem, fidelitatem, & conſtan
quam in rebus eius obſequij habent; & animi gratitudinem: qua tanto
nefactori reſpondent: eadem verò opera in obedientia proficiant, vt
pliora adhuc beneficia à diuina eius liberalitatę obtineant. Quamuis
tem aliquando in eundem finem iubeat aliqua valde difficilia, quæ hu
nam rationem & facultates noſtræs excedunt: quale fuit, quod iuſſ
a Gen. 22. 2. a *Abrahamum offerre ſibi filium eius vnigenitum Iſaac*; Et b *Iſaiam Proph*
b Iſa. 20. 8. *nudum & diſcalceatum per plateas Ieruſalem* ambulare: aliàs tamen iube
minores, & primo aſpectu, parui momenti: in quibus oſtendere po
iudicij ſui ſubiectionem; & quæ facilè impleri poſſint: ne, ob rei di
cultatem territi, deficiant: & in re facili oſtendant fidelitatem, qua
grauiori eſſent ſeruaturi. In eundem finem cùm Deus Adamum crea
c Geneſ. 2. 17 & poſuiſſet in Paradiſo, c *prohibuit comedere de ligno ſcientiæ boni & m*
qui fructus ex ſe non erat malus; & præceptum poterat ſeruari; &
mitteret Prophetam quendam contra Regem Ieroboam, qui Pro
d 3. Reg. 13. 9 mirabilia præſtitit; iuſſit tamen, eum d *non comedere panem, nec bib*
*quam* in loco illo; ſed ieiunum redire in domum ſuam. Et pr
eandem cauſam cùm inſigne illud beneficium in Loth, eiusque fami
e Gen. 19. 17 conferret, educendo ſaluos illos ex Sodomis, iuſſit, e *ne reſpicerent po*
*gum*; ſed rectà pergerent ad *montem, in quo ſaluarentur*. Quæ res facili
quia ſolùm complectebatur actum quendam modeſtiæ, in parua qu
mortificatione curioſitatis videndi: vt ſic probaretur fidelitas, ſubie
& animi gratitudo erga tantum benefactorem; & ſimul indicium da
quod eſſent in rebus grauioribus fideles futuri, qui in leuioribus fide
eſſent. Si autem contra in huiuſmodi probationibus oſtendunt infide
tem & pertinaciam proprij iudicij, contemnentes huiuſmodi res pr
aut iudicantes, parui eſſe momenti: magnum dant indicium, quod no
futuri fideles & prompti in rebus alijs maioribus; ideoque talis illo
culpa valde eſt pernicioſa: eoque grauior erit pœna, quò fuiſſet facili
tare culpam: vt apparet in tribus prædictis caſibus. Nam Adam
ſuam inobedientiam eiectus eſt ex Paradiſo & Propheta ille, qui in
re comedit panem, fuit occiſus à Leone, antequam ad ſuam domum
ueniret; & vxor Loth conuerſa eſt in ſtatuam ſalis: vt ex hoc mem
cutiatur ijs, qui DEO ſuo infideles ſunt & inobedientes. Iuxta di
Sapien. 10. 7 Sapientis: f *incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis*: quaſi di
ſtatuam illam ſalis, in quam vxor Loth fuit conuerſa, permanere ſe
per tanquam memoria incredulæ & inobedientis animæ. Quam m
tò incredulam appellat; & iudicantem, incredibile eſſe, quod di
DEVS: inobedientia enim orta fuit ex incredulitate: vel quòd non c

didem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diderit, prohibitionem illam factam eſſe in ſuam vtilitatem, ne periret; Vide Perer. ibi diſp. 3.
& exiſtimans, ſe ob adeò exiguam rem non fore adeò ſeuerè puniendam:
aut, quòd exiſtimaret, minas tantùm fuiſſe ad terrendum: non verò ad re 4.
ipſa puniendum. Nec deeſt, qui dicat, quòd, cùm illa Sodomitas amaret, ita fuerit ab inordinata illa affectione excæcata; vt iudicaret malè de diuinis iudicijs, quaſi ſupplicium illud Sodomitarum eſſet nimis ſeuerum. Ex hoc euentu apparet: præcipuam defectionis à vocatione radicem & cauſam, eſſe incredulitatem, aut fidei extinctionem in rebus pertinentibus ad ſalutem obtinendam; & ad pericula ac mala, quæ ſunt in mundo, vnde exeunt; & ad bona, quæ ſunt in monte Religionis, ad quem pergunt. Cùm enim fides ſit Chriſtianæ vitæ fundamentum: ſi ea aliquibus dubijs, & quaſi nebulis titubet: non poteſt firmum permanere ædificium. Siquidem domus ſuper arenam fundata ſtatim, atque oppugnatur, deijcitur. Et propterea fortè fuit Eua ſuperata: eò quòd dubitauerit de ſententia Dei, quaſi tantùm fuiſſent minæ. & ita dixit ſerpenti: g *præcepit nobis Deus, ne comederemus de ea arbore,* g Gen. 3. 3.
*ne* FORTE *moriamur.* Euæ filij ſunt, increduli, qui non ſunt firmi in ſentiendo, vt par eſt, de rebus fidei: ex quo prouenit, vt fiant inobedientes & conculcent præcepta & regulas ſui ſtatus: quam ob rem permittit Dominus noſter, vt eijcientur ex paradiſo Religionis; & pereant vnguibus Leonis rugientis, & quærentis, vt illos deuoret; & conuertantur in ſtatuam ſalis, in exemplum aliorum. Feruentes autem imitantur fidem Loth, adhibentis fidem verbis Angeli; qui timens, ſe periturum; ſi vel caput verteret, perrexit abſque mora ad finem ſui itineris. Nã, vbi fides eſt viua & conſtans, magnum eſt pignus perſeuerantiæ in vocatione, cui ipſa fides dedit initium. Sic enim Apoſtolus ait: h *Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: fide, demoratus eſt in terra promiſſionis: Fide, Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis,* & ita fugit ex Ægypto, *magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem.* Stude igitur altas in fide iacere radices: vt perfectionis ædificium, illi innitens, firmum maneat & immutabile: i *homo* enim *ſenſatus* (vt Eccleſiaſticus ait) *credit legi* DEI: certò ſibi perſuadens, quicquid illa præcipit, bonum eſſe, ac vtile; quod verò prohibet, eſſe malum & noxium. Et huic credulitati vitam ſuam accommodat, & in ſuo ſtatu perſeuerat: nam & *lex eſt illi fidelis,* eum remunerans, & adiuuans: vt in eius cuſtodia perſeueret, ſicut oportet.

Increduli ſunt inobedientes.

h Heb. 11. 8. 24.

i Eccl. 33. 3.

HINC oritur *quinta* radix inconſtantiæ hoc eſt ipſam religioſam vitam tepidè inchoare, cùm is, qui ingreſſus eſt, ſeſe occupat in diiudicandis rebus ipſius Religionis, quæ ad ipſum non ſpectant; aut quas Prælati ipſi iniungunt: parui faciens tranſgreſſionem aliquarum regularum 5.

in materia parua; aut iudicans, eas non eſſe valde magni momenti; ideoque non multum nocere, etiamſi violentur: nec magni faciunt tepidi feruorem illum, quem Dominus noſter requirit ab exeuntibus ex Sodomis, dicens eis, vt pergant verſus montem, nec hæreant, aut ſtent etiam tã breui ſpatio, quale eſt caput vertere, vt Sodomam reſpiciant: k *nemo enim aptus eſt regno Dei, qui mittens manum ſuam ad aratrum, reſpicit retro.* Ex vno enim otioſo & vano aſpectu ſolet aliquid oriri, quod animam grauiter lædat. Quis dicere potuiſſet Dauidi, l *deambulanti in ſolario domus regiæ*, & incautè oculos conijcienti, & *videnti mulierem ſe leuantem*, quòd incautus ille aſpectus futurus illi eſſet cauſa tanti ſcandali, ac detrimenti ſibi ipſi, totique eius regno eo ipſo die; quo res paruas contempſeris; vereri meritò potes, te in maioribus caſurum. Nam, quemadmodum ſtillicidia, etſi parui momenti videantur; ſi tamen contemnantur, hominem domo expellunt: ita parui huiuſmodi defectus ſolent eum expellere ex Religione, permittente DEO, vt incidat in grauiores nam, vt ipſe CHRISTVS dixit: m *qui in modico iniquus eſt, & in maiori eſt iniquus*; & qui, dum tentatur in rebus paruis, debilem ſe præbet: non mirum eſt, quod talem ſe præbeat, dum in grauioribus tentatur.

k Luc. 9. 62.

l 2. Re. 11. 2.

m Lu. 16. 10

Hoc ipſum melius intelligetur; ſi gradus perpendantur, per quos infelix illa mulier ad tantam deuenit miſeriam. Cum enim Angeli dixiſſent Loth, vt n *feſtinaret*, promittentes ei, ſe non priùs Sodomam deleturos, *donec ipſe ingrederetur in Segor*: ille properabat, vt citò perueniret; & vxorem ac filias vrgebat, vt greſſum accelerarent: & filiæ quidem id fecerunt, & cum patre ſuo ingreſſæ ſunt in Segor. Vxor verò, vt quo illibenter, & quaſi inuita iret, pergebat tardè, ita vt cùm perueniret prope Segor ſola iam eſſet; cumq; tunc ſtrepitus audiretur ſulphuris & ignis de cœlo deſcendentis, *reſpexit illa poſt ſe*; & ſic vita priuata eſt, & bono ſuo comitatu.

n Ge. 19. 22.

6. Tardè in via perfectionis ambulare facit deficere.

CVM quo euentu coniunguntur myſticæ aliæ cauſæ, à diuina Vocatione deficiendi: tardè ſcilicet ac tepidè in via perfectionis ambulare, non ſequi eum, qui ipſorum eſt quaſi caput ac Dux; relinquentes eius conſilia & monita, ſeparare ſe ab ipſa communitate, & ſolum ac ſeorſim agere cum aliqua vitioſa ſingularitate. Quemadmodum enim hæc mulier quamdiu virum ſuum ſequebatur, & cum ipſo, ac filiabus pergebat, fuit ſecura; cùm verò ab eis receſſit remanſit ſola, ſubſtitit, & aſpexit poſt ſe: ita Religioſi ignauiam excutientes, ſuumque Ducem ſequentes, & cum ſua communitate ambulantes, eaque cuſtodientes, quæ illa ſectatur: hi, inquam, tutiſſimi viuunt, propter auxilium ac directionem Prælatorum

& bonum ſociorum reliquorum exemplum : qui verò ſe ſubtrahunt, fiuntque ſingulares, nolentes reliquos ſequi ; periculo ſe exponunt defatigationis, & ſubſiſtendi, ac retrocedendi. Tunc enim accedit dæmon, & eos aggrediens, facilè vincit : ſicut ſerpens aggreſſus fuit Euam, cùm ſolam, & à viro ſuo ſeparatam vidit : ideoque facile in congreſſu illo præualuit. Et propterea dixit Eccleſiaſtes: o *melius eſt eſſe duos ſimul, quàm vnum ſolum: habent enim emolumentum Societatis ſuæ: nam ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur; & ſi dormierint duo, fouebuntur mutuò: vnus quomodo calefiet?*

Solum dæmon facilè vincit.

o Eccl. 4. 9.

SED quoniam in communitate alij ſunt feruentes, alij deſides; qui perſeuerare in ea cupit, priores æmuletur, non poſteriores : ſicut filiæ Loth, etſi quòd fœminæ eſſent, naturaliter potuiſſent, matri potiùs ſe coniungere, quàm Patri: ſed quòd timerent, ſecutæ potiùs ſunt patris conſilium greſſus properantis; deſeruerunt verò matrem, valdè tardè procedentem ; mutuò ſe exhortantes, vt properarent cum illo, & ſic ad terminum tandem cum illo peruenerunt, vitaſque ſuas ſeruarunt. ita Religioſi, cupientes in ſtatu ſuo fructuosè perſeuerare, recedunt à tepidis ac deſidibus, etiamſi alioquin ſibi charis: nec eorum exempla ſequi volunt, ne cum illis pereant : ſed potiùs amplectuntur conſilia, & exempla ſequuntur feruentium, mutuò ſe ad feſtinandum exhortantes; nec vllo modo retrocedendum, ſed progrediendum vlterius, donec ad perfectionis culmen perueniant; &, quam quærunt, ſalutem aſſequantur.

Ac deniq; ob oculos proponere ſibi debent circumſtantiam illã deflendam miseræ huius mulieris, quæ cùm periculum euaſiſſet: pereundi in Sodomis: tamen cùm plus quàm tres partes ſui itineris confeciſſet, eſſetque prope portum ſalutis, & iam prope, vt ingrederetur Segor, & ita ſalua eſſet: ibi tamen ſubſtitit ex pigritia; & retro aſpiciens ex ſua inconſtantia, perijt. Vt hinc timorem concipias, ac tremas de tua mutabilitate ; & non relaxes, nec ad punctum, feruorem tuum vſque ad mortem. Fortè enim, cùm relaxare incipis ; iam es prope finem: eſtque vehementer dolendum, propterea quòd tantillo temporis ſpatio non pergas, amittere coronam & fructum totius tui laboris tranſacti. Quemadmodum euenit infelici Regi Saul, quem Samuel iuſſerat p *expectare per ſeptem dies, ipſius aduentum*: Saul tamen ad finem ſeptimi diei expectando defatigatus, amiſit perſeuerantiam reliquorum dierum ; & regnum, quo potiebatur. Cùm igitur neſcias, quantum tibi vitæ ſuperſit : caue ne retro vel ad momentum cedas; fortè enim illud eſt vltimum vitæ tuæ, tuæque damnationis æternæ initium.

p 1. Re. 13. 8.

SED ne quis exijs, quæ diximus, exiſtimet: quemcunque retrocedendi modum eſſe lethale peccatum; aduertendum eſt, quòd quemadmodum ingreſſus in Religionem ſemper eſt liber, & ex conſilio tantum: ita perſeuerantia in ea Nouitijs eſt libera, donec vel profeſſionem faciant, vel tria vota reddant, aut aliquo ſpeciali voto ſe adſtringant perſeuerandi, & non redeundi ad ſæculum. In his enim omnibus caſibus perſeuerantia iam cadit ſub obligationem: vt non liceat retrocedere abſque lethali crimine. Sed etiam ante hanc perſeuerandi obligationem, inconſtantia in bene cæptis, cùm oritur ex animi leuitate, aut puſillanimitate, & animi abiectione, etiamſi ad lethalem culpam non perueniat: eſt tamen valdè periculoſa & expoſita occaſionibus grauium lapſuum, ac miſeriarum, propter rationes iam poſitas; & plures alias inferius ponendas. Quæ etſi Nouitijs & antiquioribus ſint communes, aliter tamen his, & illis ſunt applicandæ.

## CAPVT VIII.

### INCONSTANTIAM REDEVNTIVM AD SÆCVLVM Eſſe *debilium tentationem; & qua ratione ſit vincenda; quidq́; Prælatis in his caſibus ſit agendum.*

QVI EX ANIMI puſillanimitate, tentationibus ſuccumbentes ad ſæculum redeunt, non ſolùm Deo ſunt infideles, ſibique ipſis noxij, ſed etiam detrimentum alijs adferunt, præcipuè debilibus; & in Religione adhuc tenentur, aut qui priùs eorum erant boni ſocij & amici: accedente Sathana, multiſque vijs & modis eos aggrediente. *Prima* via eſt mali exempli, quod ad oculum vident. Quemadmodum enim feruentium Religioſorum, mundumque deſerentium, vt Religionem ingrediantur, exempla, media ſunt diuinæ vocationis ad alios deducendos, qui illos ſequantur; (vt ſupra eſt dictum) ita è contra inconſtantia deficientium à Religione, medium eſt, quo dæmon vtitur, ad alios pertentandos, & inducendos, vt illos ſequantur: ſuggerens illi interius, aut per improbum aliquem conſiliarium, quod illa Noëmi, Nurui ſuæ Ruth dixit, cum eius ſocia Orpha rediit in regionem ſuam Moab, ex qua erat orta: *en,* inquit, *reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cũ ea.* ſic inquã dæmon, cùm aliquis deficit à ſuſcepta Religione, tẽtat alios

Redeuntes ad ſæculum alijs nocent.

*Tract.4.c.3*

*Ruth.1.15*

dicens

dicens ſocius tuus redijt ad ſæculum , ad parentes ſuos,ad delitias quas de-
ſeruerat;redi & tu quoque. Quē in ingreſſu Religionis fuiſti ſecutus: ſeque-
re etiam in exitu. An tu maioribus polles viribus, quam ille? ſi alio tempo-
re Religionem es deſerturus;melius eſt,nunc deſerere , vt eum comiteris.
Neque enim quòd exierit, & retroceſſerit, verſus eſt in ſtatuam ſalis : nec tu
propterea conuerteris. Potiùs eris ſal ſapientiæ ac diſcretionis , ſi non pro-
ſequaris quod perficere uon poteris. Hoc modo Sathan debiles ac ſimpli-
ces, fidem ipſi adhibentes , decipit : quamuis ſemper id faciant cum aliquo
remorſu conſcientiæ, quòd malè agant. in quibus locum habet illud Pro-
phetæ:b *miles captiuus abductus eſt: & ancillæ eius minabantur gementes, vt colū-* b Nahu. 2.
*bæ,murmurantes in cordibus ſuis.* Quis enim hic miles, niſi Religioſus, qui in
profectu ſuo feruentior videbatur ? & Dæmonis perſuaſione feruorem &
conſtantiam ſuam amiſit, & ad mundum redijt, non tanquam liber, ſed ca-
ptiuus : nam licèt exeundo quærat libertatem ; exit tamen captiuus, & à ſuis
paſſionibus,ſenſuumque affectibus raptatus;quibus Dæmon eum compre-
hendit,ac ligatum extraxit è Religione: Quem ob eius malum exemplum
ſequuntur ancillæ,hoc eſt, debilium ac ſimplicium animæ , quaſi d *columbæ* d Oſeæ 7.11.
*ſeductæ,non habentes cor* , ad reſiſtendum volenti,eas è ſuo columbario & ni-
do extrahere. Cùm autem malum aduertant, quod faciunt , eunt gementes
perniciem ſuam,& murmurantes in corde ſuo : ipſa enim conſcientia pul-
ſat ac reprehendit in eo ipſo,quod faciunt.

SED vlteriùs adhuc progreditur improbitas quorundam, qui dum ipſi à
ſua vocatione deficiunt , præbent ſe Dæmonis miniſtros, tentantes alios,
non ſolùm malo ſuo exemplo ( vt S. Gregorius aduertit ) ſed verbo etiam Li. 3. mora.
ſollicitantes ſocios,& amicos ſuos ; & ſuadentes, vt cum ipſis exeant : adfe- cap. 22, 21.
rentes , ad id perſuadendum , rationes, quibus ipſi inducti , ad ſæculum re-
deunt. Hoc autem interdum faciunt , vt leuitatem & inconſtantiam ſuam
tegant,ſi ſocios aliquos in ea habeant. Hi ſunt infelices illi, de quibus Salua- e Mat. 18.7
tor dixit: e *neceſſe eſt , vt veniant ſcandala: veruntamen væ homini illi per quē ſcan-
dalum venit! Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in
profundum maris.* Scandala ſunt occaſiones, quas, qui deficiunt, malis ſuis ex-
emplis & perſuaſionibus alijs præbent, impingendi, & cum ipſis deficiendi.
Et quoniam imbecillitas & inconſtantia hominum magna eſt ; vitæ autem
Chriſtianæ ac Religioſæ aſperitas ac difficultas non parua, moraliter lo-
quendo eſt quaſi neceſſarium, vt multi impingant , ſuaque inconſtantia alijs
ſcandalo ſint & cauſa impingendi: ijs nominatim , quos Chriſtus Dominus
noſter puſillos appellat. qui , vt S. Hieronymus explicat , ſunt ſinceri , & in
virtute tyrones. Qui,quòd nondum profundas in Religione iecerint radi-
ces,ſolent facilè malo exemplo, quod cernunt, impingere ; & fallacibus ra-

tionibus, quas pro ſua libertate audiunt, perſuaderi. Væ tamen ei, per quem
tale ſcandalum venit. Hoc enim peccatum erit ei inſtar molæ aſinariæ, quæ
ipſum trahet ab vna in alteram culpam, & in multas eaſque valde graues
præcipitabit, vſque ad ipſas æternas pœnas. Expediuiſſet etiam ei, molari la-
pide ad collum alligato, demergi in profundum maris quàm huiuſmodi præ-
bere ſcandalum. Multò enim grauior eſt mors animæ, quàm corporis; ac
proinde magis timendum, quod anima abſque vlla remedij ſpe pereat; quàm
quod demergatur corpus in profundum maris.

§. 2.

HINC licet debilibus arma defenſiua ſumere, quibus ſe ab huiuſ-
modi tentationibus defendant, nec talia imitentur exempla. valde e-
1. nim ſtultum eſſet, ſi, quòd alium, etiam tibi amiciſſimum, videas è
turris ſummitate ſe præcipitare: tu quoque velis ſimul cum eo præcipitari,
2. & imitari ſtultum in re vtrique pernicioſa. Et ſi, videns, eum alligare collo
ſuo lapidem molarem, ſeque proijcere in mare; temeritas eſſet, ſimilem ti-
bi alligare, & poſt illum etiam te proijcere. Sic igitur, ſi malum exemplum
ab alio tibi datum tu ſequaris: ſicut ille te ſcandalizat; ita tu ſcandalizas ali-
os; & hoc ſcandalum erit tibi molaris lapis, quemadmodum ſcandalum tibi
ab alio datum, ſimilis fuit ei lapis. Si amicus tuus tanquam ignauus miles
3. permiſit ſe ab hoſte capi: qualis prudentia erit, inſtar mancipij eum ſequi,
ac permittere ab eodem hoſte in captiuitatem trahi? quamuis enim in ſim-
plicitate columba eſſe debeas: non tamen in imprudentia: vt cæcus ſequa-
ris eum, qui educere te velit ex nido, quem habebas in foraminibus petræ
CHRISTI ſcilicet crucifixi: quem imitantur Religioſi. Propterea enim ipſe
a Mat. 10. 16 nos monuit; dicens: a *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes; & ſimplices, ſicut colum-
bæ.* Ne aut à Dæmonibus, aut à falſis amicis nos decipi patiamur. Et qua-
4. nam quæſo maior imprudentia eſſe poteſt, quàm amplecti captiuitatem
cum gemitu columbino, tolerando ſcilicet murmur, pulſumque conſcien-
b Soph. 3. 1. tiæ, eò quòd non habeas animum hoſti tuo reſiſtendi? b *Væ*, ait ipſe Deus
Imprudentia eſt amplecti captiuitatem per Sophoniam, *prouocatrix & redempta ciuitas columba.* Hoc eſt væ ti-
bi, anima, quæ me ad magnam prouocas iram: cum enim ego te
redemerim, & à mundo & peccato eripuerim: tu tamen agis ſicut impru-
dens columba, quæ gemens, teipſam tradis tuis hoſtibus, eorumque ten-
tationibus nec habes cor & animum ad reſiſtendum eis.
5. SI animum habuiſti, vt mundum desereres, eiuſque plurima ac deteſtan-
da exempla: cur non etiam animum reſumis, ad vitanda ſcandala, quæ tibi
offert, qui tanquam canis redit ad vomitum?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ne res huius mundi aſpicias, deque eis iudices ex ſpecie, quam præferunt; ſed ad interiora earum penetra: & facilè deprehendes, eum qui Deo eſt infidelis, & reſpicit retro, iam in corde ſuo conuerſum eſſe in marmoream petram, & ſalis ſtatuam, cum certo periculo perpetuæ ſuæ ruinæ, niſi tempeſtiuè pœniteat, & conuertatur. Eſt autem magna prudentia, cautum fieri ex alienis periculis; & ex ſocij lapſu maiorem haurire humilitatem, cautelam, & diligentiam ad perſeuerandum in tua vocatione conſtantiſſimè. 6.

Præclare Sanctus Gregorius ad hoc propoſitum perpendit occultum quoddam diuinæ prouidentiæ arcanum in ipſis Vocationibus, ita eis dirigentis, vt aliqui mundum deſerentes Religionem ingrediantur, cùm ſciat, eos non perſeueraturos in ea: ſed vt illorum exemplo electos ſuos permoueat, ad eandem Religionem ingrediendam, in qua ſint perſeueraturi; eosque doceant viam, quam tenere debeant, vt perfectionem conſequantur. Poſtea tamen permittit, eoſdem ipſos deficere à ſua vocatione, vt eorum lapſus ac ruina fiat reliquorum cautela; & quod paucos deducit in perniciem, illud ipſum multos humiliet, & permoueat; vt, ſibijpſis diffidentes, totam ſuam fiduciam in Deo collocent: vt c *cum metu & tremore ſalutem ſuam operantes*, d *Vocationem & electionem ſuam certam faciant*, non deficientes in ea. Quamobrem Salomon dixit: e *qui ſtultus eſt ſeruet ſapienti*: eò quòd ſtulti ac inſipientis errores ſint prudentis quaſi monita; & lapſus, inconſtantiaque imprudentis aperit oculos prudentis, vt obſeruet, attendatque vbi pedem ſuum collocet: ne cadat, aut mutetur.

7. *Li. 34 mor cap. 13.*

c Phil. 2. 25
d 2. Pet. 1. 10
e Pro. 11. 29

Propter quam cauſam confert Eccleſiaſticus hominem ſanctum & ſtultum cum Sole & Luna. f *Homo*, inquit, *Sanctus in ſapientia manet ſicut Sol, ſtultus ſicut Luna mutatur.* Quemadmodum enim Sol lumen ſuum conſeruat ſemper, quamuis Luna multas mutationes patiatur: ita vir Sanctus ac feruens permanet ſemper in luce gratiæ, & in perfectione: quam profitetur, abſque mutatione: etiamſi ſtulti & imprudentes, quibuſcum verſatur ſicut Luna mutentur; deſerantque bonum, quod cœperant. Eorum enim perſeuerantia non innititur verbis & factis, aut exemplis hominum, qui naturâ ſunt mutabiles; ſed veritati, bonitati, ac voluntati Dei, qui eſt immutabilis. Et quando ingreſſi ſunt Religionem, etiamſi ad id eſſent aliorum exemplis permoti: id tamen non fuit præcipuè propter odorem huiuſmodi vnguentorum; quæ etſi ſint precioſa, poſſunt tamen deficere; ſed g *currentes* (vt dicebamus) poſt Chriſtum *in odorem* ſuauiſſimorum *eius vnguentorum* eiuſque præclariſſima exempla ſequentes, quæ mutari non poſſunt. Et, vt Apoſtolus

8. f Eccl. 27. 12

g Cant. 1. 3.

dixit Galatis, vt firmi & conſtantes manerent in Euangelio, quod illis præ-
h Galat. 1.8. dicauerat: h *quamuis ipſemet, aut aliquis Angelus de cœlo*, ſi id poſſibile eſſet, *con-
trarium eis diceret*. Ita à Deo vocatus, vt ipſum in Religione ſequatur, firmus
debet in ſua vocatione & Chriſti imitatione permanere: quamuis ipſemet
homo, qui ipſi ſuaſit talem Vocationem, mutatus, nunc ſuaderet, ad ſæcu-
9. lum redire. Adhæc, cùm aliquos videris in vocatione ſua deficientes, me-
i Mat. 20.16. mor eſto ſententiæ Saluatoris, dicentis: i *multos vocatos, paucos verò electos.*
k Eccl. 1.15. k *Stultorum* enim, qui vt luna mutantur, *infinitus eſt numerus:* Sanctorum au-
tem, qui conſtantes ſunt ſicut Sol, numerus eſt exiguus. Ac propterea Sal-
l Luc. 12.32. uator ſuis diſcipulis dixit: l *nolite timere puſillus grex: quia complacuit patri ve-
ſtro dare vobis regnum.* Quare ſi prudens es, non debes plurimos illos ſequi,
ſed contendere, vt ſis de numero paucorum; & commiſeratione moueri de-
ficientium, & ſequentium plurimos. Cecidit enim in caput eorum impre-
m Pſ. 16.14. catio illa Dauidis, dicentis: m *Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum:*
& ne in numero electorum computentur, eò quòd *de abſconditis tuis ſpon-
te adimpletus eſt venter eorum*, rebus inquam à te reprobatis. Quòd ſi horum
10. lapſus ad commiſerationem te permouet: procul eris ab eorum imitatione.
n Luc. 17.34. Memento quoque alterius illius ſententiæ eiuſdem Saluatoris, dicentis: n
*duorum qui in vno exunt lecto, aut in vno agro, vnum aſſumendum, alterum relin-
quendum.* Cùm igitur videris ſocium tuum relinqui, ac deſeri, eò quòd ſpon-
te ipſe locum deſerat, in quo DEVS ipſum collocauerat: da operam, vt tu ſis,
qui aſſumaris & eligaris; vt ſemper in diuino ſeruitio perſeueres. de quo di-
o Pſ. 64.5. xit Regius Propheta Dauid: o *beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in
atriis tuis* in æternum.

§. 2.

SED videamus nunc, quid in huiuſmodi euentibus faciendum ſit Prælatis
ac Tyronum Magiſtris: vt imitentur admirandum Chriſti Domini noſtri
exemplum, cùm inſtituit ſermonem de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramen-
a Ioan. 6.61. to, & a *multi ex diſcipulis eius audientes: niſi manducaueritis carnem filii hominis,
& biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis;* dixerunt. *Durus eſt hic
ſermo: & quis poteſt eum audire?* & quamuis ipſe Saluatoe conatus fuerit eis
ſatisfacere, & turbatos pacare: *multi* tamen *diſcipulorum eius abierunt retro,
& iam non cum illo ambulabant.* Et tunc conuerſus ipſe CHRISTVS ad Apo-
ſtolos duodecim, dixit eis: *nunquid & vos vultis abire?* & ſanctus Petrus
pro omnibus reſpondit; *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.
Et nos credidimus & cognouimus, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui.* Sed
ipſe Saluator tremendam aliam ſubiunxit ſententiam: *Nonne ego vos duode-*

*tum elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt? Dicebat autem Judam Iſcarioten: hic enim*
*erat traditurus eum, cum eſſet vnus ex duodecim.* Hæc omnia refert S. Ioãnes E-
uangeliſta: in quibus eſt quoddam viuum exemplar eorum, quæ geruntur
in Religionibus: & facturi ſunt ij, quibus eorum incumbit gubernatio.

Nam *in primis*: quemadmodum abſque vlla Chriſti Domini noſtri cul- 1.
pa prædicante ipſo veritatem, ad ſalutem & perfectionem hominum ne- Prædicãte
ceſſariam; multi eius diſcipuli diſceſſerunt ab eius ſchola, murmurantes, ac Chriſto
dicentes, doctrinam eius duram eſſe, incredibilem, & intolerabilem: non multi Diſ-
quod illa talis eſſet; ſed quòd ipſi duri eſſent iudicij, nec vellent illud Magi- ceſſerunt.
ſtri ſui iudicio ſubijcere. Ita etiam euenit ſæpè, vt Prælatis, Tyronumque
Magiſtris benè fungentibus ſuis officijs, operamque dantibus, vt Regulæ
bene ſeruentur: aliqui retrocedant, ac deſerant Religionem: iudicantes, ra-
tionem illam viuendi duram eſſe, & intolerabilem, non quòd reuerâ talis
ſit; ſed quòd illi ſint ignaui, & puſillanimes; aut cor habeant durum, ad ea
amplectenda, quæ Deo placent: eò quòd valdè propendeant ad res ſibiipſis
placentes, aut iudicij ſint duri, cui plurimum tribuant: ac proinde nolint,
illud alterius iudicio ſubijcere. Quod cùm non ſit ex Prælati culpa, non eſt,
cur nimium triſtetur; quando aliqui Religionem deſerunt: quamuis chari-
tas non poſſit non grauiter ferre proximi ſui damnum. Sed *præterea* tenen- 2.
tur facere, quod Christus Dominus noſter in ſimili caſu fecit. nam ſtatim
atque illi diſcipuli ſuam prodiderunt cordis duritiem, ac deceptionem: ſtu-
duit, quod in ſe fuit, eos emollire, ac deceptionem retegere, ne ab ipſo diſ-
cederent: ideoque illis dixit: *hoc vos ſcandalizat? ſpiritus eſt, qui viuificat: caro nõ*
*prodeſt quidquã. verba, quæ ego locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt.* Quaſi eis
dixiſſet: non rectè facitis, quod ſcandalizemini propter verba mea, & dica-
tis, ſermonem eſſe durum. Nolite hærere in cortice verborum meorum, &
in ijs tantùm, quæ prima facie præferunt; cogitantes, quòd ſitis carnem meã Intima
comeſturi, vt comedi ſolet caro cæterorum animalium. aſpicite ad interio- verborum
rem meorum verborum quæ ſpiritum & vitam habent: & ſic ſcandalum ve- Chriſti
ſtrum ceſſabit; nec durum videbitur, carnem meam in ſacramento ſumere. conſideranda.
Hunc igitur in modum Prælati & Nouitiorum Magiſtri, cùm incipiunt co-
gnoſcere tentationem, ac duritiem cogitantium retrocedere: dare debent o-
peram cum omni charitate & diligentia, quantum in ipſis erit, eos emolli-
re, ac deceptionem eis retegere; & ad perſeuerantiam exhortari, & animare:
ob oculos eis ponentes, quod religioſa vita non tam dura ſit atque ipſi exi-
ſtimant; & duritiem potiùs eſſe in ipſorum cordibus, non guſtantibus quæ
ſunt ſpiritûs, in vita Religioſa latentis. Id quod efficacibus rationibus, ſin-
gulorum infirmitati accommodatis, eſt eis oſtendendum. Qualis enim ſo-
let eſſe tentatio: tale remedium eſt applicãdum, vt preueniatur ac ſuperetur.

3. QVANDO autem allatæ rationes non ſufficerent ad continendos ipſos
tentatos, non debet etiam ipſe Prælatus nimium affligi: ſed quemadmo-
dum Chriſtus Dominus noſter permiſit, diſcipulos illos abire; nec pro-
pterea turbatus eſt, aut ex puſillanimitate voluit, cum eis condeſcendere,
aliquid de ſua doctrina, quam tradiderat, immutaret: imò vt ſeipſum ſola-
retur, (ſi licet ita loqui) ſtatim oculos coniecit in cauſam ſuperiorem, ex qua
hæc permiſſio oriebatur: dixitque *propterea dixi vobis; quia nemo poteſt venire*
*ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo.* Quaſi dixerit, (vt explicat Sanctus Cy-
*Epiſt. 15.* prianus) venire ad meam ſcholam, meamque doctrinam recipere, & in ea
Intrare ſcholam Chriſti donum eſt Dei. perſeuerare, donum Dei eſt: quod ſi his non datur, ipſorum eſt culpæ: ſi e-
nim ipſi accipere voluiſſent: iam Pater meus illud ipſis offerebat. Hunc
modum Prælati; etiamſi aliqui retrocedant, non debent animum abijcere
puſillanimes in officio ſuo fieri, vt ab eo plenè & integrè præſtando ceſſent
nec contra Regulam, & ipſum Inſtitutum in alicuius gratiam condeſcen-
dere; ſed cautè & prudenter, in Probationibus & Exercitijs religioſis per-
ſeuerare: conſolantes ſeſe ea cogitatione; quòd qui hac ratione retrocedunt
aut vocati non fuerunt à Patre cœleſti; aut ſeipſos indignos reddiderunt
dono conſtantiæ. Quare profundiſſima ſua ſapientia permittit, eos abire
quia fortè non vtilitati, ſed detrimento futuri erant Religioni: oculi enim
Dei multò plura, quàm noſtri, penetrant, Cùm igitur Deo noſtro media non
deeſſent ad eos retinendos; ſi retinere voluiſſet; non vult autem: Ipſe nouit
cur id permittat. Præſtat occulta eius iudicia venerari; & conſolationem
*Gradu 4.* accipere ex prouidentia, qua & nobis & Religioni proſpicit; cu-
ius ipſe curam gerit. Et vt S. quidam Abbas dixit S. Ioanni Climaco: ...
nimùm, qui in primis Probationibus, quæ cum illis adhibentur, defici...
indicium præbent certum, ſe non eſſe aptos pro Religione. Quare præ...
*Eccl. 15. 22.* eos diſcedere. Nam vt Eccleſiaſticus ait: *non concupiſcit Deus multitudinem*
*filiorum infidelium & inutilium*: cui tamen plurimùm placent fideles, & per-
fecti: etiamſi ſint pauci, quos non propterea ceſſat probare.

4. HINC prouenit, quòd in eadem occaſione CHRISTVS Dominus
noſter conuerſus ad duodecim Apoſtolos, qui fideliores erant, & præ...
ab ipſo dilecti: voluit illos ampliùs probare, Et ita dixit: *nunquid &*
*Homil. 46. in Ioan.* *vultis abire*? Non eis dixit (vt notat Sanctus Chyſoſtomus) abite & ...
ne videretur eos contemnere aut parui facere, ſed interrogando, ei...
cogitate, an velitis, an vobis expediat abire, ſicut iſti alij abiuerunt. Vt
hoc agendi modo intelligerent, quod ipſe Dominus non vellet eos in...
retinere; & ſimul ad eorum fidelitatem & conſtantiam in ipſo ſequ...
*Lib. 4. in Ioan. c. 27.* probandam & experiendam. Et (vt Sanctus Cyrillus aduertit (non o...
nino eam propoſuit interrogationem, vt abirent; ſed, vt oculos potius ...

aperiret, vt benè perpenderent: quantum illorum intereſſet non diſcedere. Nam ipſi quidem Magiſtro ſuo opus habebant; non Magiſter ipſis. Quemadmodum etiam ſponſæ dixit: *ſi ignoras te: egredere, & abi.* Non enim Cant. 1. 8.
hæc verba dicebat, vt à ſe eam dimitteret; ſed vt ipſa attenderet, & ſeipſam cognoſceret: ne ſuperbia illam abire faceret. In hunc modum vult Magno animo probandi remanentes.
etiam ipſe Saluator, ſuos miniſtros non ſolùm non abijcere animum, eò quòd aliqui ab ipſis recedant; ſed magno animo probent, etiam eos, qui remanent: vt perfectiores euadant; Eiſque aperiant, & intelligere faciant: perſeuerantiam in vita Religioſa non debere eſſe ſolum ob finem mundani honoris; ſed cum ſancta libertate, ad magis Deo ſeruiendum: perſuadentes ſibi ipſorum potiùs referre vt perſeuerent, quàm ipſius Religionis. Nam ſi illi deficerent: Deus nouerit alios vocare, qui in illorum locum ſuccedant.

DVO tamen extrema ſunt vitanda, dandaque opera: ne tam parua illorum ratio habeatur: vt illi animum abijciant; nimiumque contriſtentur: neque contrà oſtendatur eis, tanti eos fieri, vt ipſi fiant arrogantes: & exiſtiment, Religionis honorem ab ipſorum præſentia dependere. Et hæc eſſe ſolet cauſa, cur aliqui Tyronum Magiſtri remiſſiores ſint in probandis & exercendis Tyronibus nobilioribus, quorum perſeuerantiam valde deſiderant: ideoque in multis rebus eis conniuent: quod facere non debent. Nam magnum tunc eis adferunt detrimentum: quia ſolent euadere minùs probati, & minùs proficere, quàm alij: niſi fortè magnus eorum feruor defectum hunc ſuppleat.

SED videamus nunc: quid Apoſtoli in ea occaſione fecerint; quidque S. 5.
Petrus omniũ nomine reſpõderit: *Domine, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes*, nam neq; ex diſcedentium diſcipulorum malo exemplo; nec ex duritie quam doctrina ſui Magiſtri præ ſe ferre videbatur: neque ex Probationibus quibus ſe exerceri videbant, ſcandalizati ſunt: Sed potiùs in ſua vocatione fuerunt confirmati in duo potiſſimùm conijcientes oculos: in bonũ ſcilicet, quod diſcedentes deſererent; & in miſeriam, in quã ijdẽ eſſent perditum. Vtrumq; enim hoc ſignificant verba S. Petri, quaſi diſtinctius dixiſſet: A te recidimus, qui es fons aquæ viuę quo ibimus, niſi ad ciſternas fractas, quæ continere non valent aquas? ſi à tua recedimus ſchola, cum ſis Magiſter veritatis, habeasq; verba vitæ æternæ: quo perueniemus, niſi ad ſcholã Dæmonis, qui Magiſter eſt mendacij, habetq; verba æternæ dãnationis? Hoc igitur facere ac reſpondere debẽt feruẽtes Religioſi; nec accipientes ſcãdalum ex malo ſociorum ſuorum exẽplo: nec ex bonorum Magiſtrorum Probationibus; ſed potiùs in ſuo propoſito ſe confirmantes ac roborantes: perſuadentes ſibi, exitum ex Religione ad mundum, eſſe exitum ex ſchola

& ſocie-

& ſocietate ipſius Chriſti, qui eos vocauit,& ad ſuum obſequium deduxit, vt tranſeant ad partes hoſtis ipſius Chriſti,cum manifeſto periculo propriæ damnationis, Eſtque meritò perpendendum, quod ſolus Sanctus Petrus tanquam reliquis feruentior,ea verba nomine ſociorum ſuorum, ipſis tacetibus,protulerit:Diuina enim prouidentia ita ſemper conſtituit,vt in ſingulis domibus religioſis nunquam deſit aliquis feruentior,magisq; zelosus qui partes agat ipſius Religionis;reſpondeatque pro alijs,quod omnes meritò deberent reſpondere: vt ſic eos confirmet, & in bono ſuo propoſito exſtimulet. Nam tales feruentes exiſtimant,omnes reliquos idem ſentire quod ipſi. Quare omnium nomine loquuntur ac proinde magnam adferunt vtilitatem.

6. SED quid Christus Dominus ad hæc reſpondit? *Nonne ego*,inquit,*vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus eſt* factus? Quibus verbis tria inſinuat magni momenti documenta.

PRIMVM eſt;bene poſſe ſimul eſſe, quòd vocatio & electio aliquorum verè ſit à Deo; & quòd illi culpa ſua peruertantur,retrocedant, & fiant ſicut Dæmones. Gratia enim diuina neminem cogit,nec libertatem aufert: potiùs oſtendit Deus infinitam ſuam miſericordiam,cùm tot fauores ijs exhibet, quos nouit eis abuſuros: ſiquidem quod in ſe fuit,eò tendebat,vt benè vtentes ipſius donis,ac beneficijs,euaderent perfecti.

Gratia diuina libertatem non aufert.

SECVNDVM documentum:quòd ſæpè inter eos, qui videntur valde electi,ſint aliqui occultè peruerſi. Nam etſi Iudas tunc non receſſit à Christi ſchola,ſicut alij diſcipuli: manſit tamen ob ſuos particulares tantùm fines humanos,ac terrenos;tegens ad tempus improbitatem ſuam, donec postea cum maiore furore erupit in Magiſtrum ſuum. Et eodem modo euenire ſolet in Religionibus,permittente Deo,vt inter magis eminentes proditor aliquis occultetur: qui etſi ob humanos ſuos reſpectus, Religionem ipſam non deſerat, corde tamen procul eſt ab illa; & ſuo tempore ſuum virus emittit,& Communitatem ipſam turbat. Quamuis ex hac turbatione probetur,& exerceatur, vt perfectior tandem euadat. Et hoc TERTIVM eſt documentum, quod intendit Saluator noſter, dum ea verba ad ſuos dixit Apoſtolos:vt profundiori humilitati inniterentur, cautiusque agerent. Siquidem in medio illorum aliquem eſſe dicebat, adeò improbum,vt eſſet tanquam dæmon:& quiſque eorum tremeret,ne ex aliqua Superbia in tantam deueniret miſeriam. Item volebat vt non ſolùm non ſcandalizarentur eò quòd inferiores alij diſcipuli retroceſſiſſent: ſed ſeipſos præpararent etiam in eo caſu,quo aliquis maiorum retrocederet. Et hoc documentum maximi eſt momenti pro Religioſis:ne turbentur, etiamſi deficere videant aliquem,qui inter ipſos tanquam firmamenti ſtella ſplendebat: ſed tunc ma-

Inter electos aliqui peruerſi ſunt.

bis profundæ humilitati innitentes, perſeuerantiam ſuam reddant tutioré, donec eius impetrent coronam. Debent quoq; animum maiorem aſſumere ex eo, quòd, cùm duodecim Saluator elegerit, vnus tamen ſolus peruerſus fuerit quaſi dæmon: vt ſignificaret inter eos, qui vera Dei vocatione ſunt ad Religionem vocati, paucos eſſe qui retrocedant; ſi cum plurimis conferantur, qui ad huius ſtatûs conſeruationem, ac Domini qui eum fundauit, gloriam perſeuerante

## CAPVT IX.

### PLVRIMVM REFERRE QVOD TYRONES MAGNO FERVORE *Religioſam vitam aggrediantur; ac difficultates & amaritudines perfectionis magno animo aggrediantur.*

QVI TANDEM conculcatis tentationibus & impedimenti à Dæmone obiectis, Religionem ſunt ingreſſi: ſi excelſum glorioſumq́, finem, in quem tendunt, aſſequi velint: neceſſe eſt ſtatim à principio rem aggredi cum eo feruore ac perfectione, quæ eſt Tyronum propria. Nam ipſa perfectio multos complectitur gradus, præcipuè tres illos, qui dicuntur Incipientium, Proficientium, ac Perfectorum. *S. Tho. 2. 2. q. 24. a. 9. & q. 183. a. 7* Et quamuis vltimi nomé ſuum ob ſuam maiorem excellentiam retineant: ſed competit nihilominus alijs ſuo modo: quemadmodum dicimus perfectum puerum, perfectum iuuenem, perfectum virum: cum quiſque eorum id totum habet, quod eius ætas requirit. & Apoſtolus in vna & eadem epiſtola fatetur, ſe a *non eſſe perfectum*, & paulò poſt ſeipſum numerat inter *perfectos*: *a Phil. 3. 12. 15.* quod explicat Sanctus Bernardus ſcribens ad quoſdam Monachos: *Ad Frat. de monte Dei* ab omnibus, inquit, vobis perfectio exigitur: licèt non vniformis. Sed ſi incipis; incipe perfectè; ſi iam in profectu es, & hoc ipſum perfectè age ſi autẽ perfectionis aliquid attigiſti, quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ ſunt maioris gradus perfectionis teipſum extende. Proloquium enim illud: dimidium facti, qui benè cœpit, habet, ipſa experientia, verum eſſe comprobatur. Propterea Sanctus Baſilius inter alia conſilia cuidam Monacho tradita, illud poſuit tanquam præcipuum, dicens: *Ser. de abdicatione rer.* initio tuæ conuerſionis oſtende te virum; & contende vt ſis de numero paucorum; & contende inter omnes eminere in ſanctitate. Et quidam Sanctus Abbas (quem refert Caſſianus) dixit cuidam Nouitio: *Li. 4. c. 38.* attende, quod feceris te DEVS ex numero paucorum, & electorum: ne rigeſcas aut tepeſcas

ob exemplum ac tepiditatem multorum; ſed viue ſicut pauci; vt dignus ſis
qui in regno cœlorum inter paucos computeris: ſcriptum eſt enim: b Multi
b *Mat. 20. 16* *ſunt vocati, pauci verò electi*, quæ ſententia allata fuit à Christo Domino no-
ſtro ex occaſione operariorum, qui diuerſis horis diei, hoc eſt, diuerſis ſuæ
vitæ ætatibus, venerunt ad laborandum in vinea; & licèt omnes eſſent
pauci tamen præ alijs ſunt remunerati. Nam primi qui tempeſtiuè vene-
runt, humana prudentia iudicantes, longum ſibi tempus laboris ſupereſ-
ſe, cœperunt paulatim; & eodem modo tota die perrexerunt: vltimi au-
tem, videntes breue ſupereſſe tempus laboris, cœperunt magno feruore
cum eodem ſunt progreſſi: ac propterea tantum ipſi vna hora laborum
obtinuerunt: quantum alij, tota die. Religioſus enim eodem feruore, quo
incipit, ſolet vt plurimùm in reliquo vitæ progredi; ita vt ſi tepidè incipiat
etiam progrediatur tepidè; quòd ſi cum feruore ſpiritus celeri paſſu incipit
facilè poterit eundem in progreſſu conſeruare. Nam: (vt Sanctus Bonauen-
turaait) qui diſciplinam religioſam in initio contemnit; valde difficilem
*In prol ſpec. Diſciplinæ.* poſtea amplectitur: & formam ac rationem vitæ, quam in Nouitiatu ample-
ctitur, vix poſtea deſerit. Hoc enim tempus eſt, quaſi vitæ ſpiritualis initia-
tia; & quod in ea diſcitur, vſque ad ſenectam perdurat, iuxta illud Salomo-
c *Pro. 22. 6.* nis: c *Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea*: ſed eo-
dem greſſu perget, quo cœpit. Eſtque adeò manifeſta huius rei experientia
*Epiſt. 97.* vt ſcribens Sanctus Bernardus ad quoſdam Religioſos, qui ex ignauis ac te-
„ pidis; facti erant valde feruentes, dixerit: digitus Dei eſt iſte, ſubtiliter o-
„ rans, ſuauiter renouans, ſalubriter mutans; non quidem de malis bonos,
„ de bonis faciens meliores. Nec minus mira, minuſue iucunda iſta promotio
„ eſt, quàm illa mutatio: niſi quod multò faciliùs reperias multos ſeculares con-
„ uerti ad bonum: quàm vnum quempiam de Religioſis tranſire ad melius.
„ Rariſſima auis in terris eſt: qui de gradu, quem fortè in Religione ſemel at-
gerit: vel parum aſcendat. It ſæpè (ait Caſſianus) videmus carnales
*Coll. 4. c. 19* & mundanos homines ad feruorem vitæ ſpiritualis peruenire: & tamen
nunquam ferè aduertimus, tepidos ac negligentes in hoc vitæ genere, tepi-
ditatem ac negligentiam ſuam deponere.

§. I.

EX PRÆDICTIS deducit Sanctus Ioannes Climacus, valde periculoſum
eſſe, pugnas vitæ ſpiritualis tepidè inchoare; & quaſi prognoſticum
quòd in eiſdem ſuccumbet, ac peribit. Qui enim in ipſo ingreſſu quaſi vi-
ctum ſe tradit ignauiæ; illa vires maiores ſemper acquirit: ipſe verò quo-
die magis, quas habebat amittit, & in eam tandem incidit maledictionem

quam Dauid imprecatus eſt montibus Gelboë, dicens: a *montes Gelboë, nec ros nec pluuia veniant ſuper vos, neque ſint in vobis agri primitiarum:* qui ſcilicet copioſos & pręcoces proferant fructus. Deus enim odit eorum tepiditatem; & propterea eos non viſitat rore & pluuia donorum cœleſtium. Ideoque nunquam ad fertilitatem peruenient primorum Religioſorum, qui eorum Religionis fuerunt primitiæ; neque ad aliorum feruentium, qui in ipſo ingreſſu ſunt verè agri fœcundi, reddentes Deo opulentas primitias, tanquam indicia certa copioſorum fructuum, quos in reliquis annis proferent.

Imprecatio Dauidis.

a 2. Reg. 1, 21

QVARE plurimum (ait idem Sanctus) refert inchoare valde feruenter. Nam ſi poſtea eueniat aliquis torpor; memoria primi feruoris eum corrigit, & animum addit ad eum maiori diligentia reparandum. Et ſi meminit victoriarum, quas in ſuo obtinuit Tyrocinio: magnum id animum addit ad pugnas poſtea occurrentes. quemadmodum Dauid exiturus in prælium contra Goliath, exſtimulabat ſeſe memoria victoriarum, quas in iuuentute obtinuiſſet, b *contra leones & vrſos aliquid tollentes de medio gregis.* Cùm igitur Nouitius in hoc ſtadium ingreditur, obtenta, vt ſuprà diximus, inſigni & glorioſa victoria de mundo eiusque rebus omnibus; æquum omnino eſt, vt ieſe excitet, animumq; ſumat ad magno feruore progrediendum. Nam qui eum adiuuit, vt primam obtineret; aderit etiam, vt plures adhuc magnæ glorię coronas in reliquis pugnis obtineat. Nec ſine magno myſterio refert S Ioannes in Apocalypſi, ſe vidiſſe Chriſtum Dominnm noſtrum ſedentem ſuper equum album, cui ſtatim data fuerit preçioſa corona: qua c *exiuit vincens, vt vinceret.* In primo enim ingreſſu in mundum oẽs ſuos hoſtes vicit: vt victoriam illam vſque ad eorum deuaſtationem proſequeretur, (quod ſuo loco explicuimus:) quo exemplo docuit nos: feruentem in Religionem ingreſſum debere fieri, ſtrenuè ſeipſum vincendo; inde enim proueniet, vt ſemper victoriam proſequatur vſque ad vltimam, in qua recipiat coronam. Et ſæpe euenit, vt inſignis aliqua de ſeipſo in vitijs obtenta victoria, ſufficiat ad magnum profectum Religioſi ipſius per totam vitam. quia Deus Dominus noſter præclarum illud obſequium continuato illo fauore remunerat, vt ſemper illi adſit ad perſeuerandum, & progrediendum. Quod licet obſeruare in præclaris mortificationibus quas in ſuis initijs fecerunt Sancti Martinus, Benedictus, Franciſcus, & alij. Ad hoc propoſitum confert plurimum, valde attentè perpendere vitam Patriarchæ Iſaac, quem Deus non minoris fecit, quàm Abrahamum, Iacobum, & alios Patriarchas, multa ſacrificia ipſi offerentes: cum tamen Iſaac non ſcribatur, aliquod obtuliſſe: non quidem, quòd non obtulerit, etiam multa; ſed quòd ad magnam eius ſanctitatem oſtendendam, ſatis erat heroica victoria, quam de ſe ipſo, cùm iuuenis eſſet, obtinuit; dum ſe abſque vlla

b 1. Reg. 17. 34.

c Apoc. 6. 2.

Tom. 2. Tr. 2. c. 6.

Victoria Iſaac.

 reſi-

reſiſtentia patri ſuo Abrahamo obtulit, vt ſacrificaretur, iuxta DEI manda-
tum. Cuius exemplum docet nos glorioſiſſimum ac feruentiſſimum vitæ
ſpiritualis initium eſſe, vt quis ſe promptum offerat ad ipſam mortem, ſi o-
pus fuerit, ſubeundam, obedientiæ cauſa, vt poſtea dicetur.

AD HÆC omnia denique inuitat, iuuatque plurimùm gratia di-
uinæ vocationis, quæ ſolet in ipſis initijs omnes vitæ Religioſæ diffi-
cultates expedire; taliaque in eius exercitijs ſolatia conferre, vt faci-
mè ac iucundiſſimè ea aggrediatur ipſe vocatus. Quare nec tempus a-
lum, nec opportunitas aptior eſt ad feruorem ſpiritûs, quàm ſint ipſi pri-
mi dies huius conuerſionis, quam vocamus tyrocinium, ſiue Nouitia-
tum. Sunt enim hi dies ijs ſimiles, quos Sanctus Iob vocat d *dies ado-*
d Iob. 29. 4. *leſcentiæ ſuæ: quando ſecreto Deus erat in tabernaculo eius: quando erat Omni-*
*potens cum eo; quando lauabat pedes ſuos butyro, & petra fundebat ei riuos o-*
*lei.* In hoc enim tempore ſolet Deus teneras animas frequentius viſita-
re, & in ſecreto cordis inſpirationibus ſuis Sanctis alloqui, ſuaque omni-
potentiâ ad bonorum operum executionem & exercitationem adiuuare,
earumque inordinatos affectus blandis vnctionibus curare. Petra enim vi-
ua, quæ Chriſtus eſt, in oratione ac diuinorum eius myſteriorum medita-
tione copioſum valde communicat oleum deuotionis, & abundantiam
cœleſtium conſolationum. Qua vnctione omnia illis redduntur ſuauia; &
proinde eſt facilè, bonam contrahere conſuetudinem, quæ poſſit per to-
tam vitam durare. Quamobrem in Canticis exhortatur Deus animam Re-
ligioſam, ne opportunam hanc occaſionem elabi ſibi permittat; ſed feruenter
nouæ vitæ principio in ea feſtinet. Iam enim (ait) e *hyems tranſiit* vitæ ſecu-
e Cant. 2. 11. laris; *imber* tempeſtatum & tentationum, quæ ingreſſum Religionis re-
tardabant, *abiit, & receſſit: flores* primi veris *apparuerunt* in hac Tyrocinij
*terra: tempus putationis aduenit*: vt exceſſus abſcindas, quos in ſæculo ha-
bebas; & omnia ſuperflua huius vitæ, & multa etiam licita, mortifica-
tione præſcindas: flores optimorum deſideriorum apparuerunt; qui pul-
chrorum fructuum ſunt quaſi prænuncij. Neque in floribus ſiſtitur: iam e-
nim, quaſi *ficus protulisti groſſos tuos* dulciſſimos, etiam cum ſpe, quòd in po-
ſterum produces copioſiores: iam tanquam *vinea* florens *dediſti odorem* bona
exempla ſcilicet magnæ ædificationis dans alijs. Contende igitur feſtinare
& in his exercitijs perſeuerare, vt felix hoc primum ver fœcundus ſequatur
autumnus, & tyronis ſtatum ſequatur etiam ſtatus viri valde perfecti.

§. 2.

OPERÆPRETIVM tamen eſt bene intelligere tutiorē & excellentiorē
religioſæ vitæ cū feruore auſpicandæ modum: duobus. n. modis inchoa-
ri poteſt perfectio & ingreſſus in eā. *Primus* eſt, cū aſpicitur ornata omni

ſuauitatibus ac delitijs, ei in centuplo (cuius ſuperiùs meminimus) promiſſis: quod Deus tyronibus præbet deguſtandum, vt maiori animi conatu eam quærere incipiant. Sed hic modus non adeò eſt tutus, neque perfectus: eò quòd nec ſit probatus, nec exercitatus tentationibus & afflictionibus, quas crux Chriſti ſecum adfert: In qua humilitas, & patientia diſcitur; & fidelitas, fiducia, & charitatis præſtantia manifeſtantur. Quamobrem ita Deus diſponit: vt quo tempore primũ hoc ver adeò iucundè floret; & cùm ipſi Tyrones maximè eſſent in ſua vocatione contenti: ex tempore tempeſtates oriantur, nebulæ, atque glacies, quaſi in ſeueriſſima hyeme: ſubtrahit enim ipſe nonnihil cœleſte lumen, quo illos recreabat; ac deuotionem ſenſibilem, quæ animum illis addebat; imò & poteſtatem Dæmoni facit, vt renouet tentationes, quas ante ingreſſum in Religionem adhibuerat; inferatque eis tædium rerum, quæ in ea ſunt; ac in memoriam reuocet delectationem, ac recreationem, quam in rebus ſeculi habere ſolebant: ac difficultates magnas in progreſſu vitæ adeò ſeueræ eis confingat. Quod totum Deus permittit, non vt eos reprobet; ſed vt exerceat, ac probet: ne tutos ſe eſſe reputent; ſed profundius in humilitate, patientia, ſolidiſque virtutibus proficiant. Speciatim etiam, vt ipſam perfectionem ſecundo alio modo excellentiori, magiſque heroico aggrediantur: aſpicientes eam, & amplectentes propter bonitatem & ſanctitatem, quam in ſe habet, exutam omni ſolatio ſenſibili; indutam verò amaritudinibus, & afflictionibus, quas Chriſti crux ſecum adfert; & cum deſiderio ipſum in eis imitandi, reijcientes huiuſmodi ſolatia in alteram vitam, & in ſupremam ipſius Dei prouidentiam. Quæ nõ obliuiſcitur eorum, quos adeò reſignatos videt ac feruentes: ſed potiùs in ipſiſmet a *perſecutionibus largitur centuplum* cũ ſumma in eiſdem oblectatione, quemadmodum refert S. Marcus ipſum promiſiſſe: aut ita rem diſponit, vt hyemis frigora, & amaritudines ceſſent; redeant verò flores ac delitiæ æſtiuæ, vt nouum recipiant animum. Quamuis paulò poſt tentatio redeat: ne adeo ſecuri vnquam ſint vt locum dent negligentiæ.

Dæmon tẽtationes renouat.

a *Ma* 10.30
Pro perſecutionibus centuplum Deus reddit.

Hoc totum mirificè explicauit S. Gregorius in illa verba, quæ dixit quidam amicus ipſi Iob, poſtquam varias probationes retuliſſet, quibus Deus ſuos ſerues exercet: quorum verborum hic fuit finis: b *hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos; vt reuocet animas eorum a corruptione, & illuminet luce viuentium*. Sed quæ tres vices ſunt ha? ait S. Gregorius, niſi tria tempora eorum, qui conuertuntur ad Deum: in quibus ille varijs eos tentationibus exercet, initio ſcilicet, medio ac fine vitæ eorum. Sed in eadem conuerſione tres ſolent eſſe euentus. Primùm enim ſunt ſuauitates, ac iucunditates ſpiritũ; deinde ſequuntur tentationes ac pugnæ; ac tandem perfectionis plenitudo in omnibus virtutibus. Initio eſt iucunditas conſola-

*Lib. 24. mo. cap. 7.*
b *Iob.* 33. 29

tionum: quia Dominus intercipit tentationes, ne illi fiant puſillanimes, &
redeant ad ſæculum, quemadmodum refert Scriptura ſacra, quod quando
c Exo. 13. 27 Deus eduxit filios Iſraël ex Ægypto, c *non eos duxit per viam terræ Philiſtim,*
*ne fortè pœniteret eos, ſi vidiſſent, aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerterentur in*
*Ægyptum.* Poſtquam autem diuinæ ſuauitatis dulcedinem deguſtarût, per-
mittit, Tentationes exurgere; ne ſe reputent iam perfectos; ſed agnoſcant
ſe in initio tanquam infantulos eſſe tractatos: quos Deus ſuarum conſola-
tionum lacte recreauit. Expediebat verò, eos ablactare; panemq; cum cor-
tice, & ſolidum cibum porrigere: vt in viros fortes euaderent. Quod ſi in
tentationis amaritudine deſipere ſibi videatur ſpiritûs cibi, quos antea dul-
ces reputabant: ne tamen animum abijciant, aut diffidant: nam, vt dicitur a-
d Iob. 33. 25 pud Iob, d *Dominus faciet, vt reuertantur ad dies adoleſcentiæ ſuæ, & videbunt fa-*
*ciem eius in iubilo.* Et hac via, virtutum omnium perfectionem conſequen-
tur; ac centuplum, quod eſt earum præmium. Euenit Tyronibus Religio-
ſis, quod Iſraëlitis lætis & gaudentibus, quod de Pharaone totoque eius ex-
ercitu triumphaſſent: ſed cùm in cœpto itinere pergerent, prima ſtatio (vt
e Exod. 15. 31. 27. ſupra diximus) fuit in e *Mara,* quod ſignificat amaritudinem: *eo quod aquæ*
*illic eſſent amaræ: quas non poterant bibere,* etiamſi valde aliàs ſitirent. Sed non
defuit prouidentia diuina, quæ *oſtendit Moyſi lignum* tantæ virtutis, quod
cùm Moyſes miſiſſet in aquas, *in dulcedinem verſæ ſunt.* Et progredientes in
eodem itinere, aliam fecerunt ſtationem in *Elim,* vbi, pro vno fonte aquæ
amaræ, inuenerunt *duodecim fontes aquarũ* dulcium, *& ſeptuaginta palmas:* ex
quibus comederunt ac biberunt, quantum voluerunt. Hoc idem ait ſanctus
Epiſt. ad Fabiolam de 42. manſio Hieronymus, geri in vita ſpirituali; cùm Religioſus mundum omnino
deſeruit, & innumeros hoſtes, exitum illum impedientes, ſuperauit. Nam
incipiens iter ſuum ſecundo vento, magnaque ſua conſolatione: ex tempo-
re videt ſe in *Mara,* amaritudinibus vndique ſeptum nullum in Religioſis
exercitijs ſolatium inueniens, quæ amara & inſipida illi videntur: nec vi-
Benignitas Dei. res habet, vt illa deglutiat. Sed tanta eſt Dei benignitas, vt in his anguſtijs
conſtituto, radio cœleſtis ſuæ lucis admirabilem oſtendat virtutem ligni
ſanctæ Crucis: quam ipſe Chriſtus Dominus portauit, & in ea mortuus eſt:
Memoria crucis. cuius memoria & exemplo amarum conuertitur in dulce; & perſeueranti
in ſuis exercitijs, occurrunt copioſi aquæ viuæ fontes, dulceſque multarum
palmarum fructus, ob fauores ac delitias cæleſtes, quas victorijs ſuis obti-
net. Si igitur incipere cupis iter tuum feruenti quodam principio, hoc tibi
ob oculos proponas, certoque perſuadeas: te non venire ad Religionem, vt
in ea lætus ſis, ac hilaris: ſed, vt pœnas & moleſtias ſuſtineas; nec vt ſemper
pace fruaris; ſed, vt graue ſuſtineas bellum, pergens continuè per anguſtam
obſeruantiæ Religioſæ ſemitam; & ingrediens per anguſtam propriæ mor-

tificationis

ſificationis portam etiamſi valde amaram : neque enim alius eſt ad æternam vitam & Euangelicæ perfectionis celſitudinem aditus ; nec medium efficacius ad latitudinem, cordiſque dilationem ipſam ingredientibus & ſequentibus promiſſam aſſequendam. Cogita, magni conſilij Angelum tibi dicere quòd alter Angelus dixit Eſdræ: f *Mare poſitum eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet altum & immenſum: erit autem ei introitus in anguſto loco poſitus, qui igitur ingredi voluerit mare; ſi non tranſierit anguſtum, in latitudinem eius quomodo venire poterit? item ciuitas eſt ædificata, & poſita in loco campeſtri: eſt autem plena omnium bonorum. Introitus eius anguſtus, & in præcipiti poſitus: vt eſſet a dextris quidem ignis, a ſiniſtris aqua alta: ſemita autem eſt vna ſola inter eos poſita, hoc eſt, inter ignem & aquam: vt non capiat ſemita, niſi ſolummodo veſtigium hominis. ſi autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, ſi nunquam antepoſitum periculum pertranſierit: quomodo accipiet hæreditatem ſuam?* Huiuſmodi igitur eſt vita æterna, & Euangelica perfectio: quam ſectatur vita Religioſa cuius ingreſſus valde eſt anguſtus, & lapſibus, ac præcipitijs in extrema vitioſa expoſitus, impellente præcipuè Sathana ad caſum in ea. Tranſitus autem eſt in medio ignis & aquæ, omnium ſcilicet tribulationum & tentationum, quæ ſunt in arcta via, quam Chriſtus Seruator noſter calcauit: vt ipſius diſcipuli (vt ait S. Petrus) *ſequerentur eius veſtigia*, non declinantes ad dexte- 1.Petr. 1.21.
ram, nec ad ſiniſtram. Quare qui ingenuè ac fortiter conſtituerint, per fretum hoc tranſire: peruenient ad latitudinem ſupernæ huius ciuitatis, in qua fruentur omnibus bonis, quibus licebit vota ac deſideria ſua omnia explere. Quamuis autem maior latitudo & ſaturitas ſit in cœlo: habent nihilominus etiam in hac vita ſuas latitudines & ſaturitates: quia poſt deſolationes ſequuntur ſolatia; & poſt anguſtias accedunt leuamina & tran- g Pſa. 65. 12.
quillitas. Iuxta illud Dauidis: g *Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.* Neque abſque myſterio meminit harum rerum, quæ ſunt elementa, quibus res immundæ ac ſordidæ mundantur & purifican- h Nu. 31. 23.
tur. Ac propterea Deus olim iubebat: h *aurum & argentum, & omne quod poteſt tranſire per flammas, igne purgandum. Quidquid autem ignem non poſſet ſuſtinere, aqua expiationis* eſſe mundandum. Vt intelligeremus: omnes calamitates, & huius vitæ tentationes, quæ iuſtis & electis eueniunt, eò tendere: vt ipſi ab omnibus ſuis vitijs & imperfectionibus expientur. Qui fortiſſimi ſunt, tranſeunt per ignem grauiſſimarum tentationum; debiliores autem, qui eas ferre non poſſunt: tranſeunt per alias leuiores; & qui magis ſunt indignes, etiam vtraſque ſuſtinent: finis tamen ac terminus omnium eſt vitæ perfectæ refrigerium: quæ inſtar immenſi maris ampla eſt ac dilatata perfectæ Charitatis latitudine, quæ Diuinitatis, cui eſt vnita, proprietates induit.

Omnia igne & aqua mũdantur.

Cap. 5. Denique ad inchoandum huiuſmodi feruorẽ, refert plurimum, frequenter

ſeipſum

ſeiptum tentare, modis & rationibus ſupra indicatis: ita tamẽ, vt cùm repu-
gnantiã aliquã aut difficultatẽ aduerterit, quæ perfectionẽ impediat cord
generoſo ac robuſto eam aggrediatur, vt vincat. Non debes eſſe ſicut de-
cem illi exploratores ad terram Promiſſionis miſſi, qui ſolo aſpectu hab-
Nu. 13. 32. tantium in ea tantum conceperunt timorem, vt dicerent: i *Nequaquam ad*
*hunc populum valemus aſcendere: quia fortior nobis eſt*: & ita populum ſcandali-
zarunt, vt cogitaret *melius eſſe reuerti in Ægyptum*; ſed potiùs imitari debes
k cap. 14. 7. reliquos duos qui cum eiſdem miſſi fuerant, k *Ioſue & Caleb*, qui contra ta-
tum animi & fortitudinis receperant, vt populum exhortarentur & anima-
rent ad inſigne illud cœptum viriliter aggrediendum, in virtute DEI, cum
certa ſpe victoriæ. Cùm igitur mente & cogitatione aſpexeris religioſæ vitæ
difficultates: non debes puſillo eſſe animo: neque enim tu es, qui ſis eas de-
nicturus; ſed ipſe Deus, in quo fiduciam tuam debes collocare: cuius omni-
potentiâ debes teipſum animare; totumque tuarum potentiarum & ſen-
ſuum populum extimulare, ad huiuſmodi tuos hoſtes aggrediendos, cum
certa ſpe, quòd victor ſis euaſurus.

C

## CAPVT X.

### PRÆCIPVAE VIRTVTES IN QVIBVS FERVOR *Perfectioq; Ty-ronum conſiſtit: & quibus illi dotibus ornati eſſe debeant, vt ad Profeſ-ſionem & vota Religionis admittantur.*

TYRONES, qui vitam nouam magno feruore ac perfectione ca-
piunt auſpicari: meritò debent ſuos oculos conijcere in præ-
clarum quoddam eius exemplar quod Ieremias Propheta de-
pinxit, cùm iuuenem quendam inſtrueret in rebus omnibus
quæ ad Diuini obſequij Profectionem ſpectant; reſpiciebat enim ille (vt ait
S. Hieronymus) Prophetico ſpiritu Euangelicam perfectionem, quam pri-
a Thr. c. 3. 23. mæui Christiani erant ſectaturi; & quam nunc Religioſi ſectantur. Ita igitur
Euãgelica loquitur: a *Noui diluculo, multa eſt fides tua. Pars mea Dominus, dixit anima mea:*
perfectio *propterea expectabo eum. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eũ, animæ quærenti illum.*
primorum *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. Bonum eſt viro cum portauerit iugum*
Chriſtia- *ab adoleſcẽtia ſua. Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. Ponet in pul-*
norum. *uere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.*
Verba hæc ſumma quædam ſunt Religioſorum exercitiorum à principio
Vocationis vſq; ad eius culmẽ. Quæ etſi ad virum dirigantur, non propter-
ea excluduntur fœminæ: quia in eis ſignificatur virilis animus, ad egregium
facinus adeò neceſſarium ſiue in viro ſit, ſiue in fœmina; ſiue iuuenis, ſiue

ſenex,qui illud aggreditur. Cuius maior excellentia & præſtantia cõſiſtit in Heroicis actibus trium virtutum Theologicarum; Fidei, Spei, & Charitatis; quarum dux eſt ipſa Fides. De qua Ieremias loquens cum Deo, & cum anima ait: *Noui diluculo, multa eſt fides tua.* Quaſi dixerit: primum & ante omnia noui, Domine, magnam tuam fidelitatẽ, quam ſeruas in ijs, quæ promittis, adimplendis. Et ſimiliter noui, ô anima, magnam eſſe fidem tuam, qua rebus omnibus huius mundi renunciaſti, vt perfectius Deo tuo ſeruires. Et quomodo non tribuetur magnæ fidei, quòd deſerueris parentes, fratres, & notos; diuitias, & omnes poſſeſſiones: vt eum ſequaris, quem oculis non vides: & renuncies rebus omnibus præſentibus, & quæ videri poſſunt; propter futuras, & quæ non poſſunt videri? Hæc *fides*, vt ait Apoſtolus, b *Abrahamum* fecit æterna laude dignum, cùm egreſſus eſt è terra ſua, vt obediret Deo; & *Moyſen*, cùm potiùs *elegit affligi cum populo Dei*, quàm eſſe in honore apud Ægyptios. *quia inuiſibilem Deum, tanquam videns ſuſtinuit.* Hæc eadem *fides* ſplendet in ijs, qui mundum deſerunt, vt improperia Chriſti amplectãtur: qui ſi, vt inceperunt progrediantur, æterna fient gloria digni. Nouitius igitur intelligat, ad ſe pertinere ſententiam illam Habacuc Prophetæ, cuius & Apoſtolus ſæpe meminit: c *Iuſtus ex fide viuit* nam, vt hæc initium dedit eius in Religionẽ ingreſſui: ita eadem ipſum in Religione conſeruabit. *Fides*, eius debet eſſe, in tentationibus clypeus, in triſtitia ſolatium, leuamen in laboribus, ac dux in ſuis omnibus operibus. Et quemadmodum ſæculares ex ſuis viuũt patrimonijs, & hæreditatibus; ita Religioſus viuere debet ex patrimonio; *fidei* ac veritatũ, quas illa docet, ad ipſius vitæ gubernationẽ Quare ſẽper debet ſtudere, vt illa magnis ſuiipſius augmẽtis proficiat & creſcat.

1. De Fide, S. Hiero. ibi.

b Heb. 11. 8. 24.

c Haba. 2. 4. Roma. 1. 17. Galat. 3. 12. Heb. 10. 38.

Actvs hic Fidei valde perficitur actu Charitatis, quæ Diuinam vocationem acceptat ex amore, quem habet erga Deum: ſtatuens, accipere eum in hæreditatem & poſſeſſionem ſuam, hoc eſt enim, quod ſignificant verba illa Ieremiæ: *Pars mea Dominus, dixit anima mea.* Quę explicans S. Hieronymus, dicit ipſe Dominus pars eius eſt, cuius amore omnia terrena deſpicit; & ipſum ſolum præ omnibus habere eligit. Deſeruit patrem ſuum: accipit verò Deum in patrem; deſeruit diuitias & poſſeſſiones, & accipit Deum in poſſeſſionem ac diuitias; deſeruit omnia, quæ erant in mundo: & pro eis omnibus accipit ipſum Deum. Dicens cum Dauide: d *Defecit caro mea, & cor meum* præ amoris magnitudine *Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Quid enim mihi eſt in cœlo? & à te quid volui ſuper terram?*

2. De Charitate. Fides charitate perficitur.

d Pſ. 72. 25.

Ex hoc adeò inflammato amore, qui nihil niſi Deum ipſum velit, heroica ſpes oritur: cuius ſcopus eſt ipſemet Deus *Propterea*, inquit, *expectabo eũ*, quàm *bonus eſt Dominus ſperantibus in eum! animæ quærenti eum!* Qui res omnes creatas & ſeipſum deſeruit, non debet confidere in creaturis, neque

3. De Spe.

in viribus ſuis; ſed in ſolo Deo. Et quod potiſſimum ſperare debet, eſt poſ-
ſeſſio ipſiuſmet Dei, relinquens cætera Diuinæ prouidentiæ. Hæc ſpes de-
bet eſſe totum eius ſolatium & theſaurus: & eidem inniti debet tota eius
fortitudo. Nam vt Iſaias ait: e *Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem,*
*aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non ambulabunt, ambulabunt & non de-*
e *Iſa. 40, 31.* *cient*. O Propheta ſancte: ſi omnes, qui ſperant in Domino volabunt, curr...
& ambulabunt: quo peruenient? aut quid quærent? nam qui volat, curr...
aut ambulat: aliquid quærit; &, vt aliquid obtineat, mouetur. Quid autem i...
eſt, niſi ipſemet Deus? quē Religioſus omnibus ſuis cogitationibus, verbi...
& operibus perpetuò quærere debet; nō aliud ſpectās, quā ipſius Dei glori...
eiusq; voluntatis executionem, & in eius Diuino amore incrementū. Nam
etſi decreuerit, Deum accipere in partē hæreditatis ſuæ; eumq; iam ſecū ha-
f *in Pſalm. 104. 41* beat: ſemper tamē debet recēter illū quærere, vt inueniat, magisq; poſſide-
at. Nam vt S. Auguſtinus dixit: ſine fine eſt quærendus, qui ſine fine eſt ama-
dus. Ac propterea dixit Dauid f *Quærite Dominū, & confirmamini: quærite fa-*
*ciem eius ſemper*. quod ſi quæras, qua via quærere illū debeas? dico: quæren-
dum eſſe tribus prædictis virtutibus. *Fides* enim illū manifeſtat; *Spes* deſide-
*S. Bona. Opuſc. de. 7. itineri itine 6. diſtin. 6.* rat; *Charitas* amplectitur. *Fides* per meditationes & conſiderationes agno-
cit Dei præſentiam in omni loco, & in rebus omnibus. *Spes* ſuſpirat in ora-
tionibus, gemitq; cupiens, illum ſemper habere ſecū. Et *Charitas* feruētibus
amoris & gaudij actibus cum ipſo Domino vtitur, & in ſolo ipſo requieſcit
quaſi in vnico ſuo & vltimo fine, animæq; ſuæ centro. Intelligat ergo Tyro
ſe ad Religionem venire, vt ſolum Deum in ea quærat; non ſeipſum, aut cō-
moditates, aut vt hominibus placeat, ſed ſoli Deo; & vt eius puriſſimum ex-
g *Serm. in Pſal. 23. 6. & ſerm. 2. ad Fratres in fine.* erceat amorem. Hic intentionum ſuarum & votorum ſcopus eſſe debet, ſi
Religioſæ Congregationis pars eſſe cupit De qua S. Bernardus intelligit il-
lud Dauidis: g *Hæc eſt generatio quærentium Dominum*: quærentium faciē Dei
Iacob: eò quòd eius diuino obſequio ſint conſecrati cū perfectione; quæ in
1. Veritas. eo conſiſtit, vt quærant veraciter, frequenter, ac perſeueranter. *Veritas* eſt, cū
non aliud quærunt tanquam illum; non aliud præter illum; nec aliud poſt il-
2. Frequentia lū: quod ad ipſius gloriā non poſſit dirigi. *Frequentia* cenſetur frequens re-
petitio conſiderationum, orationū, ſuſpiriorum, deſideriorū piorum, & af-
3. Perſeuerantia. fectuum, quibus ſpiritus in Dei cōſpectu cōſtituitur; & in ijs, quæ Deo pla-
cent, libenter occupatur. *Perſeuerantia* apparet: cùm nec ipſa exercitia rela-
xant, nec dilationibus, aut moris, & contradictionibus exurgentibus defa-
tigantur, aut deficiunt. Qui enim Deum quærit oportet eſſe longanimem
& patientem. Propterea enim Ieremias addidit: *Bonum eſt cum ſilentio præ-*
*ſtolari ſalutare Dei*, non murmurando, aut conquerendo, quòd tardiùs, quàm
cuperet, voti compos fiat. Perfectio. n. non vno die obtinetur, nec ipſo tan-
tum anno Tyrocinij; nec Deo tempus eſt præſcribendum; ſed (vt Iſaias di-

*nit)* h *in ſilentio & ſpe ſit fortitudo noſtra*, donec Deo Domino noſtro aliter fa- h *Iſa.* 30. 15
ciendum videatur.

§. 1.

VT quis ad excelſam adeò perfectionem aſcendat opus eſt curſum mul- 1.
tò ante inchoare. Ac propterea ſtatim Propheta adiecit: *Bonum eſt viro,* *Vide tom.* 1.
*cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.* Omni enim dubio procul refert plu- *tract.* 2. *c.* 7
rimùm; quòd intrantes in Religionem fuerint ab adoleſcentia bene propẽſi
ad actiones virtutum, & iugum diuinæ legis tollendum: hoc enim ſolet eſſe
indicium, quod velit Deus, eos ferre iugum vitæ Religioſæ: vt ſupra eſt di-
ctum. Hoc conſilio vſus eſt Nabuchodonoſor Rex cum iuſſit a *Præpoſito Eu-*
*nuchorũ, vt introduceret de filiis Iſraël, & de ſemine regio pueros, in quibus nulla eſſet* a *Dan.* 1. 3
*macula decoros forma, & eruditos omni ſapientia, & doctos diſciplina; & doceret eos*
*literas, & linguam Chaldæorum. Et conſtituit eis Rex Annonam per ſingulos dies de*
*cibis ſuis, & de vino, vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis poſtea ſtarent in con-*
*ſpectu Regis*, eiq; miniſtrarent. Hunc in modum vult Chriſtus Dominus Prę-
latos Religionũ, qui ſunt Præpoſiti ſectantiũ caſtitatẽ, eligere adoleſcentes,
ſuæ Religioni aptos. Quæ aptitudo etſi præcipuè in vocatione cõſiſtat, qua
ipſemet Dominus eos eligit, & ad eam vocat; ea tamẽ vocatione ſuppoſita,
nõ eſt alienũ, ſed valde cõmodum, optare, eos habere magnas dotes natura-
les nobilitatis, puritatis, ſanitatis ingenij, memoriæ prudentiæ; & ſuper o-
mnia magnam propenſionẽ ad actiones virtutũ ab ipſis teneris annis: & vni-
uerſim, reliqua naturalia habeãt, quę ipſa Religio eis præbere nõ poteſt; ac
proinde bonã aptitudinẽ ad diſciplinas, & virtutes in quibus Religio poteſt
eos adiuuare. Poſtquã aũt eos elegerint, conandum eſt, ſpatio triũ annorũ
toto ſc. tempore Probationi aſſignato, eos docere leges & conſuetudines,
quas debeant perpetuò ſeruare; eosq; alere pane & vino doctrinæ, ac perfe-
ctionis Euangelicæ; quã ipſemet Chriſtus Dominus docuit & exercuit. Do-
nec in his omnibus bene inſtructi, ingredi poſſint ad præſentiã ſui Regis cę-
leſtis, offerentes tria vota ſeſeq; dedicantes ad eius exactũ obſequiũ in om-
nibus, quæ ipſe iuſſerit. Et tales, vt plurimũ ſolent eſſe inſigniores Religioſi,
quiq; ſuã Religionẽ præ alijs exornãt: valde. n. aptè illis conuenit iugũ vitæ
Religioſæ, cũ illud à iuuentute ſua ſuſpiciũt, & quando ab ipſa infantia bene
propenſi fuerunt, ad vitæ Chriſtianæ iugum portandum. Ac propterea S.
Baſilius ait: Quando quis petit, admitti in Religionẽ: multum referre, exa- *Reg.* 10. &
minare & intelligere propenſiones, & exercitia, quæ in ſæculo habuerunt: 5. *ex Fuſis.*
eum in modum, quo Chriſtus Dominus noſter audiens cuiuſdam adoleſ-
centis bonas propenſiones, quia b *omnia mandata cuſtodiuerat à iuuentute* b *Matt.* 19.
*ſua*, eum vocauit, vt relicto ſæculo, *ipſum ſequeretur.* Nam, qui ab infantia ad 20.
malum propenſi, prauas ſuas propenſiones ſunt ſecuti, difficiliùs eas deſe-
runt, & omninò mutantur. Quod ſi aliqua mutatio ex feruore tyrocinij

oritur paulò poſt torpori locum dantes, ſubitò prauæ illæ propenſiones
reuireſcunt, quæ quodam modo erant connaturales. Quamuis nõ propte-
rea ſemper (ait idem ſanctus) reijciendi tales ſint, ſed probãdi exercitationi-
bus vehemẽtioribus; nullũ enim vitiũ adeò eſt naturæ familiare, quod non
vincatur Dei timore, magnaq; diligẽtia, adiuuãte gratia Diuina. Quod ſi Pro-
bationibus adhibitis, aduertentur illi rebelles iugiq; Religioſi hoſtes, ſicut
c Iere. 2. 20. illi, de quibus dixit Ieremias: c *à ſeculo confregiſti iugũ meũ, rupiſti vincula mea,*
*& dixiſti: non ſeruiã*, nec alteri me ſubijciam. Tales inquã, nõ ſunt apti pro Re-
ligione; quæ obedientiæ ac ſubiectioni innititur: ideoq́, ſunt tempeſtiuè di-
mittẽdi. Si enim adhuc Tyrones iugũ Religionis horrẽt: quid facient, cũ poſt
multos annos maiorẽ accipiẽt libertatẽ? De ſancto Frãciſco fertur quod no-
luerit ſuæ Religionis habitũ viro cuidã petenti dare, eò quòd iuſſus, lactucã
quandam more inuerſo plantare, valdè reſtiterit. Ex ea enim repugnantia
deducebat ſanctus ille, quantam in rebus alijs poſtea eſſet habiturus.

2. SVPPOSITA hac bona propenſione naturali, ad iugum Religionis por-
tandum: addit Propheta Ieremias de eodem adoleſcente: *ſedebit ſolitarius &*
*tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe.* In qua ſententia tres inſinuat præclaras eius
proprietates: quod ſcilicet ſit amans quietis, & ſolitudinis; ſilentij & con-
Hom. de mo- templationis: qua ſe ſuper ſeipſum eleuat. Pro cuius maiori declaratione
deſtia habẽ- aduertit S. Gregorius Nazianzenus: tria eſſe naturalis conſtitutionis ac pro-
da in diſpu. penſionis genera in hominibus: duo quidem extrema contraria: vnum vero
inſigne, quod tenet medium. Aliqui enim natura ſunt timidi, ac puſillani-
mes; deſides & abiecti cordis, & ad adeò modicum apti, vt nunquam aſpi-
rent ad eleuandum ſe ſupra ſeipſos; ſed abiectæ ſuæ naturalis conſtitutionis
greſſui ſe ſemper accommodent. Et exteriùs quidem ſunt quieti, ac tran-
quilli; id tamen non ex virtute, ſed ex deſidia & ineptitudine ad aliquid bo-
ni gerendum, prouenit. Amant ſolitudinem: quia timidi ſunt, & puſillani-
mes; nec ágere nouerunt cum alijs, præcipuè qui ſint alicuius momenti: aut
quod ſint natura melancholici, aut ſcrupuloſi, aut rudes valde, & ſtupidi.
Quod ſi tacent: id faciunt propter ignorantiam: quia non ſciunt ad rem lo-
d Eccl. 20. 6. qui; aut quod dicant, non occurrit: iuxta illud Eccleſiaſtici: d *Eſt tacens non*
*habens ſenſum loquelæ.* Hos (ait S. hic Doctor) nunquam eſſe, nec valde impro-
bos, nec valde bonos; qui non nocent alijs, neque prodeſſe norunt: qui
etſi non ſint dedecori ſuæ Religioni: tamen nec honori eidem ſunt qui tam
in bono, quam in malo, ſunt quaſi aqua tepida, parumq́ue ad Religionem
apti, pro officijs, aut occupationibus alicuius momenti. Alij contra natura
ſunt audaces, proiecti, & arrogantes: qui libenter erigunt ſe ſupra ſe ad munia
maiores, quã illorum captus ferat: idque non ex virtute, aut prudentia: ſed
ex temeritate, arrogantia, & ſuperbia: ſuperborum enim eſt proprium

cupere

cupere alijs videri plus, quàm reuerà ſint; ſibique tribuere plura, quàm ha-
beant; ſeque vltra id, quod poſſunt, erigere. Et hi naturâ ſunt vt plurimùm
inquieti tumultuarij; qui libenter ad varia prodeunt, in res varias ſe immi-
ſcent, & cum omnibus garriunt: quia plus in eis paſſionum impetus impe-
tur, quàm rationis dictamen. Quod ſi huiuſmodi defectus oriantur ex in-
genio duro & obſtinato, ſunt valde pernicioſi, contra finem, & ſcopum Re-
ligionis. Ac propterea Sanctus Baſilius ait diligenter attendendum eſſe: an
qui Religionem petit, conſilio ſit inſtabili, & ad conſtituendum quiduis in
vtramlibet partem præcipiti: nunc ſcilicet hoc, nunc illud. Talem autem
ait, non eſſe ad emittenda vota admittendum; eò quòd credibile ſit non
perſeueraturum; &, ſi inquietus ſit ac temerarius, reliquos turbaturum, & e Iac. 1. 26.
vnionem religioſam diſciſſurum; quod ſi adeò erit garrulus, vt e *linguam
ſuam frænare non poſſit*, Sanctus Iacobus dicit, *eius vanam eſſe Religionem.*

Alia ſunt ingenia & naturales Conſtitutiones, quæ medium inter hæc
extrema tenent: nam ex ſeipſis ſunt homines generoſi, magnanimi, & ad res
magnas & egregias benè propenſi: & qui cupiant ſe ipſos eleuare ſuper ſe,
& ita in bono creſcere: vt quotidie ſeipſos ſuperent: aliunde tamen ſunt do-
ciles, prudentes; ac in omnibus, quæ aggrediuntur, circumſpecti. Qui ſi
quietem, ſolitudinem, ac ſilentium amant: id faciunt, quòd iuxta rationis
dictamen ita iudicent expedire. Hi inquam ſi à bonis Magiſtris inſtruantur,
& adiuuentur, euadunt in virtute excellentes ad multorum vtilitatem, ſuæ-
que Religionis, & familiæ, totiuſque Eccleſiæ gloriam. De huiuſmodi autē
intelligitur, quod Ieremias dixit; *Virum aſſuetum portare iugum, ſeſſurum ſoli-
tarium, ac taciturum; quia leuauit ſe ſuper ſe. Primum* enim ſeipſum ſuper ſe e-
leuauit: cùm in Religionis ingreſſu inſigni magnanimitate opus fecit, ho-
minis vires & adoleſcentiæ facultates excedens: ſed poſtea eadem cordis
magnanimitate aggreditur alia, quæ ipſum eleuant ſuper ſe, & ſuper omnia
quæ ipſa caro & propria voluntas appetunt.

Qvamobrem *primum* amat ſtabilitatem, & conſtantiam in rebus om- 1.
nibus, quas circa diuinum obſequium agit; deteſtatur f *ſtultorum mutabilita- f Ec. 27. 12.
tem* qui *Lunam* imitantur; amplectitur verò *ſapientium conſtantiam*, qui ſem-
per ſunt *ſicut Sol*, ſibi ſimiles.

Deinde amat ſolitudinem; quæ vitæ Religioſæ eſt valde familiaris, 2.
& propria, & vt S. Chryſoſtomus ait in eo conſiſtit, vt omnes eas perſonas Hom in Pſ.
vitet, quæ poſſunt ipſius profectum impedire: ſed manet in ſuo cœnobio, 4 ad finem.
horrens exitus leues per plateas, ac domos ſæculares: ſciens, quòd Religio Ser. 1. de S.
(vt S. Bernardus ait) idem ſit Religioſis, quod eſt piſcina ſeu lacus piſcibus: Andrea.
in quo manentes viuunt, & conſeruantur; inde verò extracti pereunt. Et S. 16. q. 1. c.
Antonius (vt refertur in Decreto) dicere ſolebat: Quemadmodum piſces Placuit.

extra aquam viuere non poſſunt, ita & religioſos extra ſuum monaſterium non eſſe tutos, quando vanitas aut leuitas extra ſuam deducit clauſuram. Amat præterea ſolitudinem cellæ ſuæ certis tẽporibus, vt in ea explere poſſit penſum ſuorũ exercitiorũ ſpiritualiũ. Qui tamen non propterea relinquit opportuno alio tempore cõmunicare, & agere cum alijs viris probis eiuſdem

*Serm. 16.* Profeſſionis. Et S. Dorotheus ait: antiquos Patres conſueuiſſe diuidere perfectionem religioſam in duas partes: quarum altera erat, noſſe ſolùm eſſe & quietum in ſua cella; altera verò, ſcire, agere, & verſari cum patribus & ſenioribus domeſticis: vt bonis eorum exemplis & conſilijs inſtrueretur.

3. Ex his oritur vt etiam amet ſilentium, cum omni ea ſeueritate, quam Religionis Regulæ præſcribunt: eò quòd ad eius conſeruationem multum id referat. Sed non loquitur tamen hic Ieremias præcipuè de ſilentio exteriori: ſi enim religioſus ſit ſolus: quid mirum, ſi taceat, non habens cum quo loquatur? Sed quoniam qui ſoli ſunt, ſolent intra ſeipſos valde loquaces eſſe, lingua ſcilicet imaginationis & ratiocinationis colloquentes cum abſentibus, quaſi eſſent præſentes; aut ſecum ipſis in varijs negotijs: ait non ſolum ſeſſurum ſolitarium ſed etiam *taciturum*: amando ſcilicet internum ſilentium, & frænando mentis vagationes, & ratiocinationes inutiles; quæ ſimiles ſunt verbis otioſis ac ſuperfluis.

4. *Locutio hominis cum Deo.* Sed quoniam impoſſibile eſt, hominem ita interiùs tacere, vt cum nemine loquatur: addit vltimò Propheta, quod idem *leuauit ſe ſuper ſe*: ad loquendum cum Deo, cum Angelis, & Sanctis: oratione ſcilicet & contẽplatione quibus ſpiritum ſuum cum Diuino per amorem coniungit. Et quoniam nihil eſt excelſius ipſo Deo: ideò non poteſt homo altius eleuare ſe ſuper ſe; quàm cum ſe coniungit Deo fitque vnus Spiritus cum illo. Et ita S. Hieronymus explicans hæc verba dicit: militum Chriſti perfectio eſt erectam mentem habere à cunctis terrenis negotijs, & tumultu ſæculi: eamque quantum humana imbecillitas ſinit, feſtinat vnire cum Chriſto. Ad hanc autem perfectionem aſpirare debent Religioſi, quamuis rara ſit & pauciſſimis dono Dei hæc perfectio cõceſſa: eò quòd pauci, eo feruore, qui neceſſarius eſt, ſeſe diſponant, vt illam Deus ipſis largiatur. Eſt tamen operæpretiũm, vt Nouitij ab ipſo ſtatim initio eam diſcere incipiant: aſcendentes per quatuor iam inſinuatos gradus, & portantes ſemper ſuper ſe iugum legis cum obedientia perfecta: hoc enim nullo tempore, nullo loco aut occupatione, aut exercitio per totam vitam eſt deponendum.

§. 2.

SED pergit vlteriùs Ieremiæ doctrina ne enim, qui ſe, eleuat ſuper ſe, euaneſcat & pereat: hoc ei pondus adijcit: *Ponet in puluere os ſuum*; hoc eſt demiſsè eliget ſibi vltimum locum in rebus omnibus, relinquens alijs prima

Nec vacat myſterio, quod non dixerit Propheta: ponet in terra os ſuum; 1.
ſed *in puluere* parte ſcilicet minutiſſima, & viliſſima & inutiliſſima terræ:
quoniam verè humilis, ex rebus vilibus eligit ſibi viliſſimas, & abiectiſſimas
in veſtitu, habitatione, & alia ſuppellectili: & in reliquis huius mūdi. Et quā-
tumuis multa præſtet, iudicat ſe ſeruum inutilem, omni honore & laude indi-
gnum. & vt appareat, eum id non facere coactum, ſed ſponte, ea phraſi vti-
tur *ponendi os in puluere*; quaſi eum oſculans; humiliationemq; & abiectionē
magno amore complectēs: nec ſatis ſibi eſſe exiſtimat humilitatem ex veri- Serm. 4. in
tate propriæ cognitionis ortam; ſed & illam amplectitur; quam Sanctus Ber- Cant.
nardus humilitatem charitatis & affectûs appellat: eò quòd delitias ſuas re-
putet opprobria & contemptus: ideoque extendit ſeſe, ad ſubeundos & am-
plectendos quos poteſt. Ac propterea etiam non dixit Ieremias, quod ſede-
bit in puluere, ſed *in eo ponet os ſuum*. Quemadmodum enim, qui in terra ſe-
det, non niſi mediam partem corporis ei coniungit, qui autem eandem oſ-
culatur, caput quoque ei coniungit, quæ ſuprema pars eſt hominis: ita qui
perfectè eſt humilis, ſuā humiliationem exercet in rebus omnibus, excelſis,
& abiectis; in ijs quæ ſunt corporis, & quæ ſunt Spiritûs, in materia erudi-
tionis, & in materia virtutū: nā a *quantò magnus eſt, humiliat ſe in omnibus*. De-
nique, quoniā à Deo contra primos noſtros parentes, propter eorum peccatū a Ecc. 3. 20.
ſententia illa fuit lata: b *Quia puluis es; & in puluerem reuerteris*. Os in puluere b Gen. 3. 19
ponere, illumq; oſculari, eſt, acceptare & venerari iuſtitiæ diuinæ, ſententiā,
ſeq; ei ſubijcere confitentē ſe dignū eſſe, qui conuertatur in puluerē, indi-
gnū verò, qui oculos in cœlum eleuet. Nam, quāuis hinc ſe eleuet ſupra ſe; vt
coniungatur Deo; inde tamen, ſeſe humiliat & abijcit vſq, ad puluerem, quem
habet ſub pedibus agnoſcens, ſe puluerē eſſe: ac proindè, ſe id promeritum,
vt ab omnibus calcetur, & conculcetur. Hoc ipſum tamen, quòd ſe ita abij-
cit, ipſum iuuat, vt ſe iterum erigat, ampliusq; leuet ſuper ſeipſum. Ipſius e-
nim Dei praxis & mos eſt exaltare humiliantem ſe; & c *ſuſcitare à terra ino-* c Pſ. 112. 7.
*pem, & de ſtercore erigere pauperem: vt collocet eum cum principibus populi ſui*.

Hvic humilitati innititur Iuſti fiducia & ſecuritas: nam verè humilis, non 2.
eſt puſillanimis; ſed quò minus in ſe; eo ampliùs confidit in Omnipotentia
Dei. Quāuis, ne fiducia proprios limites tranſgrediatur; nec ipſe nimis tutū
ſe reputet: eidem coniungit caſtum timorem, qui vineam cuſtodit, ac tuetur.
Nimia enim ſecuritas, mater eſt negligentiæ, ac deſtruit perſeuerantiam. Ac
propterea Ieremias, poſtquam dixit: ponet in puluere os ſuum, adiecit: *ſi
forte ſit Spes*, vt hac via bonum poſsideat, quod cupit. Dixit verò *ſi fortè*: non
quòd de miſericordia & liberalitate Diuina dubitet: ſed quòd intra ſeipſum
confundatur, & erubeſcat, ſuam agnoſcens indignitatem.

Ex hac humilitate vltimum illud oritur, quod eſt quaſi culmen Euan- 3.
gelicæ

gelicæ perfectionis: promptitudo ſcilicet ad excipiendas iniurias, & contemptus; ærumnas, ac dolores euenturos; cum quadam fame & ſiti cordis. Et ita concludit Ieremias dicens: *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.* Quatuor ſunt qui poſſunt Tyronem percutere. Deus, cùm eum morbis, alijsq; laboribus viſitat; Prælatus, cùm eum reprehendit, & pro eius defectibus punit; aut rebus durioribus & aſperioribus eum exercet, ac probat; amici & ſocij, cùm aliqua dicunt, aut faciunt contra ipſum, quæ eum pungunt & contemnunt: ac denique inuiſibiles aut viſibiles hoſtes: qui eum perſequuntur & cruciant. Omnibus enim his maxillam ſuam offert, vt percutiatur, conſpuatur, & irrideatur; acceptans lubens omnes ictus, & contemptus exorientes, inſtar famelici, ac ſitientis hominis, cupientis multum cibi & potûs: quò poſſit famem & ſitim ſuam ſedare. Ex quo prouenit, vt non ſolùm non oderit eos, à quibus læditur, ac contemnitur; ſed eoſdem potiùs amet ex toto corde. Et quamuis illi ſint hoſtes, & ex aliquo odio ipſum vulnerent: non propterea eos deſinit diligere, & in ſua immittere viſcera; ſicut enim dolores & contemptus amat & amplectitur: ita eos amat a quibus inferuntur: & ſic ſua deſideria explet: vt in omnibus imitetur dulciſſimum ſuum Magiſtrum ac Redemptorem, de ſeipſo dicentem: d *Corpus*
d *Iſai. 50. 6* *meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. Poſui faciem meam vt petram duriſſimam,* vt ictus exciperem: *& ſcio quoniam non confundar.* Quæ autem maior felicitas in hac vita eſſe poteſt: quàm heroica huiuſmodi exempla noſtri Saluatoris imitari: dum in ipſis contemptibus honor inuenitur, in doloribus gaudium, in ærumnis ac laboribus quies, ac ſolatium; & ſaturitas in eo, quod videat ſe repleri? Tunc enim valdè excellenter promiſſio illa impletur, dando Religioſis centuplum e *cum perſecutionibus*, ob ſaturitatem & lætitiam
e *Mar 10. 30* quam Deus in illis tribuit.

Hæ ſunt præcipuæ virtutes, in quibus debent eminere Nouitij, vt in ſuo Tyrocinio feruentes ſint ac perfecti. Et ex ijſdem conficere licebit elenchum talentorum, & facultatum, quæ in illis eſſe debent: vt ad Profeſſionem aut vota admittantur: ita vt Magiſtri diligenter examinent, & obſeruent: an omnes illas habeant; aut ſaltem, ad eas comparandas, aptitudinem. An ſcilicet magnam habeant fidem, qua ſola in exitu ex ſęculo, rebus viſibilibus deſerendis, dirigantur; an decreuerint, Deum accipere in ſuam vnicam hæreditatem, ac poſſeſſionem: deſiderantes eum ſemper, & in rebus omnibus quærere; an totam ſuam fiduciam ac fortitudinem ita in eo collocent, vt longanimes ſint, & moras in explẽdis ijs, quæ promittit, ferant; a iuuentute ſua Domini iugum portauerint? & an propenſionem nunc habeant, & ſeſe applicent ad ferendum vitæ Religioſæ iugum, cum integra

obed-

obedientia & ſubiectione? an quietem, ſolitudinem ſiue recollectionem, & ſilentium ament: vt ſeorſim cum Deo agant? an ſint generoſo corde, cupiuntque eleuare ſe ſuper ſeipſos: vt egregia quæque in Diuino ſeruitio libenter aggrediantur: & ſtudeant intime coniungi ſuo Creatori? an ad res humiles & abiectas afficiantur; & propendeant, vt vltimum ſibi locum in rebus omnibus eligant? & an ad opprobria, dolores, & ærumnas ſuſtinendas parati ſint, easque eſuriant, ac ſitiant? Hæ præcipuæ ſunt dotes & qualitates feruentium Tyronum: quamuis non ſtatim poſſint illas adeò perfectas habere. Sed Prælatis ac eorum Magiſtris incumbit, eos iuuare, & ad progreſſum ſtimulare: vt in proximo capite apparebit.

## CAPVT XI.

### RATIO TYRONES IVVANDI ANTE VOTORVM EMISSIONEM; *ſeq. ad eadem edenda præparandi.*

QVAMVIS Deus Dominus noſter vocans ad ſtatũ religioſum & inſpirans renunciationes & vota, quæ in eo fiunt: præcipuè adiuuet gratia efficacis ſuæ vocationis, vt ea executioni mandentur, cooperante ipſo nouitio feruenter, vt dictum eſt: vult nihilominus, vt Prælati Religionum per Moyſen ſignificati; & Magiſtri nouitiorum per Aaron, curam gerant eorum, quos ipſe vocauit; iuuentque vt procul à mundo recedant, & conficiant in ipſo Nouitiatu itinera perfectionis cum tanto feruore, vt ſuorum votorum oblationem. & Profeſſionem ipſam excellenter perficiant: ad tres præcipuos fines in hoc aſpicientes. *Primus* eſt, ipſius Dei gloria: quæ creſcit ſplendore ſanctitatis, quam habebunt, qui ipſius obſequio ſe totos mancipanũt *Secundus* eſt, bonum ipſiuſmet Religionis: cuius incrementum & perfectio ex eo dependet, vt bonos ei filios tradat, ſanctitatem promouentes, quam mater ipſa profitetur *Tertius* finis eſt, bonum ipſorummet tyronum: vt proficiant, & opus Dei cum diligentia faciant, ſuaque vota in magna excellentia offerant, & perfectionem conſequantur, ad quam ſunt vocati. Totum hoc complectitur perfectus zelus à charitate proueniens: quæ duobus ſuis actibus amoris Dei, & proximi, vrget Prælatos, ipſos Magiſtros, & alios Religionis ſeniores, vt Nouitiorum ac Tyronum perfectionem promouere ſtudeant, ob tres prædictos fines. Quod iucundo quodam colloquio ſpiritus Sanctus explicuit in libro Canticorũ, ſic dicens: a *Soror noſtra parua, & vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quãdo alloquenda eſt?* (cũ ſcilicet agetur de ea ſponſo tradẽda) *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtiũ eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.* Quæ verba continent quandã rationẽ conſultandi, quã

Supr. c. 2.

Ad bonum Religionis.

a Can. 8. 8

Prælati,& Spiritus Magiſtri, ac ſeniorum Religioſorum congregatio hab
inter ſe circa remedium & profectum animarum tenerarum, & quodin
do infantium in virtute, quas Chriſtus D. N. vocauit, & ad Religioné p
duxit eo fine,vt perfectiſſimas ſpirituales nuptias cum eis celebraret
Caſtitatis,Paupertatis,&Obediétiæ votis interuenientibus.Quæ nuptiæ
ad finē Tyrocinij ſint celebrandæ;cupiunt illi ad talé ſolennitaté, eas
natas eſſe ſanctitate,quæ decet eas quas ſupremus hic Rex in ſponſas d
rus ſit Si enim virgines Regi Aſſuero nupturæ ( vt in libro Eſter refer
integrum annum expendebāt in ſua præparatione & ornatu, qui erat va
b Eſter.2.12 magnific⁹:& b *ſex quidē menſibus* primis *oleo vngebātur myrrhino;alijs vero*
*quibuſdā pigmentis & aromatibus vtebantur:* multò erit magis rationi con
taneum vt animæ cœlorum Regi nupturæ,annum vnum,imò duos,&
expendant in neceſſario ornatu procurando ad ipſum diem nuptiarum
vt inueniant gratiam in oculis eius,eiq; placeant. Quare meritò ſex men
impendent & multò plures, vngendo ſe vnguento myrrhino, hoc eſt,
nis ac ſenſuū mortificatione,ad fætores ac ineptos vitiorum ſapores re
endos ; & ſeipſas præſeruandas à peccatorum corruptione : per alios
ſex menſes,& multò adhuc plures occupentur, vngendo ſeipſas fragr
bus variarum virtutum vnguentis, & exercēdo earum actus cum tanto f
uore:vt ſint bonus odor Chriſti; bonoque ſuo exemplo omnes ædific

§. I. *Caſtitas & Humilitas.*

HOc SPIRITV & zelo dicunt Magiſtri & Prælati de huiuſmodi anim
bus:*Soror noſtra parua & vbera nō habet. Quid faciemus in die quādo al*
*quenda eſt*,& ſponſo tradenda? Et in eadē interrogatione ſupponūt myſ
duas fundamentales virtutes, quibus ornati eſſe debēt Nouitij, vt in Re
gionem admittantur,eiusq; ſtatûs fructibus,ac Diuinis nuptijs cum m
excellētia fruantur:virginitatem,ſcilicet & Humilitaté: de quarum com
ctione diximus plura ſuperiùs.Quæ vt plurimùm comitātur fœminas,q
Tract 2.2.7 in tenera ætate vocantur ad Religioné,ſuntq; etiam valde optandæ in v
Ac propterea ſolet Dominus noſter in tenera ætate eos vocare ; anteq
Caro,& mundus fallacijs ſuis,eorum iudicium peruertēs, experiri faci
teſtandas ſuas voluptates,& vanitates. Hoc autem inſinuant illa verba: *p*
*ua, & vbera non habet*. Caro enim & mundus vbera duo ampla valde, &
gentia habent, execrando ſuo lacte redundantia : vtrumque ſcilicet
ſum appetitum voluptatis & vanitatis ; quæ Sanctus Bernardus vocat
m In Declam. ſanguiſugæ ſemper dicentis, *Affer Affer*; eò quod neque animus vanitati
nid: Ecce, neq; corpus voluptatibus ſatietur. Ille autem paruus eſſe cenſetur,& nō
os reliqui- bere vbera:qui prauos hos duos affect⁹ mortificatos habet,perfectione
mus omnia. rum duarū virtutum; nā virginitate & caſtitate Angelica , affectiones m

tifica

ficat carnales; ac deſideria lactis cõſolationum terrenarum: vt capacior fiat cæleſtiũ, iuxta illud Iſaiæ: a *Quē docebit Deus ſcientiā? & quē intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, & auulſos ab vberibus.* Quaſi dixerit: qui ſtatuerũt abſtinere ab omnibus carnis ac ſenſuum ſuorũ voluptatibus, bene diſpoſiti ſunt, vt eis Dominus ſcientiã cõmunicet Diuinorũ myſteriorum, quæ per fidem audiuerũt: quia luce ſua eos illuſtrat vt ea intelligãt & aſſequantur: & eiſdẽ cõmunicabit etiã virtutũ ac perfectionis Euãgelicæ ſcientiã, quæ in Religionibus docetur: ſatians eos lacte Diuinarum cõſolationum, quod ſpõſus Diuinus exprimit ex cæleſtibus ſuis vberibus. Sed multò magis ad hocipſum confert virtus internæ & externæ humilitatis; quæ ſignificatur, cum dicitur, *parua, & vbera non habere.* Humilis enim, & in ſuis oculis eſt paruus, & talis cupit haberi in oculis omniũ hominũ: comprimit. n. omnẽ tumorẽ, quẽ Superbia gignit in vberibus, & affectibus cordis. Non enim cõplacet ſibi Deus in paruitate & humilitate externa: ſi pectus interim tumet interna vanitate: ideoq; cùm nos vocat, inuitat, vt ab eo d *diſcamus: quia mitis eſt & humilis corde.* Quæ humilitas eſt præclariſſima diſpoſitio ad oblationẽ votorum faciẽdam; & ad ſuſcipiendam doctrinam perfectionis, quæ traditur à Magiſtris in Religione. Qui valdè myſticè per modum conſultationis quærunt: *quid faciemus ſorori noſtræ?* non enim dicunt; quid ei dicemus? ſed; *quid ei faciemus?* Munus enim perfectorum Magiſtrorum non ſolùm eſt dicere; ſed etiam facere: quemadmodum diſcipulorum, & Tyronum non ſolùm eſt audire: ſed etiam, quod audiuerunt, exequi. Neceſſe quidem eſt ipſos Magiſtros loqui, exhortari docere & inſtruere Nouitios de rebus omnibus ad perfectionem propriam ſtatûs Religioſi ſpectãtibus: ſed tales exhortationes debent ſimul complecti & verba & facta: illuſtrando intellectum veritatibus; voluntatem verò permouendo efficacibus virtutum deſiderijs, eosq; adiuuando & promouẽdo ad omnium executionẽ. Cõſultantes & inter ſe conferẽtes de medijs aptis adhibẽdis, ad eos iuuãdos in feruẽti Sanctorũ operum exercitio; & in perfecta ſui ipſorum mortificatione; & nominatim duorum appetituum, quos diximus, voluptatũ ſcil. ac vanitatum. Negãtes eis, quæ delectãt, & honorem quem appetunt; & exercẽtes eos rebus, quæ pœnam & pudorem afferunt, quas illi refugiunt: adhibendo propria antidota ad radicem, ex qua tales appetitus procedunt. Qui (vt S. Bernardus dixit) ſunt c *ſanguiſugæ* propriæ volũtatis; cuius appetitiones & propẽſiones mortificãdæ ſunt, ac flectẽdæ; nõ permittẽtes, vt ij propriæ volũtatis ac iudicij cõpotes fiãt; etiã in rebus, quæ videntur aliàs ſpirituales; eò quòd ſoleãt eſſe eſca vanitatis, & carnalitatis, licèt palliatæ; vt fuſiùs poſtea dicetur. Sed vlteriùs neceſſe eſt progredi Magiſtrorum induſtriam: Nouitij enim, etiamſi carnis ac mũdi vbera mortificẽt; attribuunt tamen ſibi nõ raró, ex zelo quodam indiſcreto, quòd

a *Iſa.* 28. 9.

b *Mat.* 11. 29.

*Suprà.*
c *Pro.* 30. 15.

habeant vbera ipſius ſponſi: ideoq́ue ante tempus volunt fieri matres, d
centes & lactantes alios: & in hunc modum alios proferunt ſublimes aſ-
ctus, ſub ſpecie & colore maioris perfectionis; aſpirantes ad res maiores,
quàm illorum ætas, & Tyronum ſtatus ferant. Nihil tamen horum ferre de-
*De informa Nouit c 6.* bent Magiſtri; ſed eos dextere mortificare: reuocantes ſibi in memori
(vt S. Bonauentura monet) quod olim iubebat Dominus per Moyſen vt
*l Leu. 19. 23* *quando filii Iſrael ingrederentur terram, & plantarent in ea ligna pomifera, auf-
rent præputia eorum*, & fructus ſiue *poma, quæ germinarent cenſerentur ipſis im-
munda tribus primis annis*: eò quòd non eſſent apta ad comedendum; & ip
lignis eſſent noxia: eò quòd virtutem exſugerent, quæ debebat tendere
radices, vt profundiùs in terram deſcenderent. Quid autem hoc erat ali
niſi monere Prælatos, & Magiſtros Nouitiorum, qui in ſacræ Religio
horto ſunt plantati, vt primis ſui Nouitiatus annis, eos circumcidant, ac mo
tificent: nec ſolùm affectus eorum inordinatos ad res prauas; ſed nimios e
iam ad res bonas, quæ ſunt immaturæ, nec legitimum habent ſaporem. No-
uitiatus enim tempus non deſtinatur ad docendum; ſed ad diſcendum; ne-
que eſt tempus proficiendi publicis actionibus, quæ præbent occaſiones
vanitatis; ſed iaciendi profundas radices in humilitate. Ac proinde expe
tunc mortificare zelum alios iuuandi, eumq́ue differre ad ſuum tempus
conari, in ſeipſis proficere mortificatione nimiorum affectuum ſuorum.

### §. 2. *Solidæ virtutes, & opera vitæ actiuæ, & contemplatiuæ.*

POST prædictas duas virtutes, ſtudendum eſt alias valde excellentes com-
parare, quæ inſinuantur in reſponſione ſpiritus Sancti, ad interrogatio-
né propoſitam. Ait enim primùm: *ſi murus eſt, ædificemus ſuper eum propug-
cula argentea.* quaſi diceret: ſuper fundamentum humilitatis & caſtitatis er
gatur murus altus & fortis, qui animam ipſam omni ex parte circumdet,
cuſtodiat, & defendat ab hoſtium oppugnationibus. Quis autem hic mur
& propugnacula ſunt, niſi virtutum ſolidarum vnio & coniunctio: quæ
fortes ſunt & protectio ac defenſio reliquarum, ac totius perfectionis Re
ligioſæ, quam eleuant & ad culmen vſq; magna cum excellentia perduc
Quemadmodú enim murus ciuitatis conſtruitur ex multis, magnis, ac fo
tibus lapidibus calce cónexis; ita religioſæ animæ murus fabricatur ex m
tis virtutibus coniunctis charitate, quæ eſt vinculum perfectionis. Ad h
ædificiú pertinét virtutes in proximo capite inſinuatæ: præcipuè animi F
*titudo*; quæ timores reprimit; cor verò corroborat in certaminibus adu
sùs hoſtes; *Patientia*, quæ moderatur triſtitias in doloribus & opprobriis
nimúq; adijcit ad ea toleranda, *longanimitas*, quæ nó affligitur propter ſpe
ſubſidij moras, & laborum diuturnitatem; *Conſtantia*, quæ odit mutation

nec

nec deficit in ijs, quæ bene propoſuit; *Fiducia*, in Deum, quæ humanis virib. addit Diuinas; *pura intentio*, quæ opera ipſa eleuat ad res æternas obtinendas, dedignata fines temporales ac terrenos; ac denique *Charitas* fraterna, quæ corda connectit; & *Amor Charitasq.* Dei: quæ omnia poteſt, omnia ſuffert, omnia ſperat: eſtq; inuincibilis ob Domini virtutem, quem diligit. Ex his virtutibus erigitur in ipſo corde murus adeò fortis, vt nullæ impugnationes, aut tormenta Dæmonum valeant illum deijcere: cum illo eſt anima bene munita, tuta, & quieta; cum ingenti firmitate in ſua vocatione; & in vita Religioſa, quam eſt aggreſſa. Et tunc in ea impletur, quod dixit Iſaias Propheta: a *vocaberis ædificator ſepium, auertens ſemitas in quietem.* Incedes enim a Pſal. 58 12.
cum magna quiete per ſemitam perfectionis, cùm tali muro munitus eris, & circumdatus. Latet quoque aliquid myſterij in eo, quòd appellet *murum*, quam dicebat eſſe *paruam*: vt intelligant ſpeciatim Religioſæ: cum ipſo ſtatu mutandam eſſe fæmininam imbecillitatem in fortitudinem plus quàm In 1. Cor.
humanam. Ac propterea (dicit S. Thomas) abſcindi illis capillos, qui ſunt lection. 2.
gloria fœminarum: quaſi eo facto moneantur: ſe euadere ſubiectionem vitijs carnalibus, & animos induere viriles.

AD IDEM ædificium aptius conſtruendum adiuuant etiam Tyronum Magiſtri, proſpicientes eis de materialibus aptis, ſuggerentes bona conſilia, & rationes ædificandi; & ad virtutum exercitia magno ſpiritu exſtimulantes. Cùm autem vident murum ſolidè erectum: adijciunt turres & *propugnacula argentea*, virtutes ſcilicet vitæ contemplatiuæ, quæ ſpiritum ad familiaritatem cum Deo eleuant, per orationem & contemplationem; magnamque notitiam & opinionem ei communicant diuinorum myſteriorum per lectionem & meditationem. Dicuntur autem *argentea* ob pulchritudinem & munditiam, quam in anima efficiunt; & quod verſentur circa Dei verba in Scriptura ſacra reuelata: b *eloquia enim Dei* (ait Dauid) *eloquia* b Pſal. 11-7.
*caſta: argentum igne examinatum, purgatum ſeptuplum* ab omni ſcoria. Sunt tamen turres & propugnacula: quia ſtrenuè defendunt ipſum virtutum murum: quas ad altiorem extollunt perfectionem. Argentea turris eſt meditatio, fouës ignem affectuum, quem Chriſtus D. N. c *miſit in terram*; excitatq; c. Luca.
feruentia deſideria eum in omnibus eius virtutibus imitandi. Propugnaculum argenteum eſt donum contemplationis eleuans ſpiritum ſupra ſe: vt cum Deo ſuo illum vniat; valdeque perfecta ſimilitudine in eum transformet. Denique propugnacula argentea ſunt excelſa ſenſa fidei, cœleſti luce illuſtratæ: qua quis aſſequitur; &, vt par eſt, magni facit myſteria diuina, promiſſaque Dei ſuis electis facta in hac & futura vita: quibus valde ſolidatur vocatio; & hoſtibus reſiſtitur: qui contendunt eam deijcere. ſuper talem murũ aptè collocantur tales turres & propugnacula: nam ſuper vitæ

d Ge. 29.22. actiuæ virtutes feliciter creſcunt actiones contemplatiuæ: Quæ (teſte ſancto Gregorio) præſupponit opera actionis, & mortificationis, quæ ipſam animam dolant ac purificant: & vtraque diſponit ad perfectas ſpirituales nuptias cum ipſo Chriſto Domino ineundas. Qui ſicut Iacob, etſi prius d Liam duxit, animam ſc. Sanctis Actiuæ vitæ actionibus occupatam: multò tamen maiori amore ac iucunditate, *Rachelem*, duxit; animam ſcil. actionibus vitæ contemplatiuæ decoratam; & multò adhuc libentiùs eam, quæ vtraſque actiones cóplectitur; eſtq́, inſtar muri fortiſſimi cum pulcherrimis puriſſimi argenti propugnaculis. Quamobrem Nouitiorum Magiſtri magnam curam adhibere debent in hiſce propugnaculis erigendis: docentes eos aptè orare, meditari & familiariter cum Deo agere: & proponentes ædificij materialia ſiue puncta ac veritates, circa quas ratiocinationes & affectus ſuos exerceant, rectè eos dirigentes, vt in ijs exercitijs inſignes & eminentes euadant, nam quo greſſu in eis profecerint: pergent etiam in reliquis. Neque gratis Spiritus S. verbo illo vtitur, *ædificemus* in plurali numero: vt intelligatur, ad huiuſmodi ædificium non vnum ſolùm, ſed multos concurrere debere: neq; ſufficere ſolum diſcipulum, neq; ſolum Magiſtrum: niſi matuò ſeſe adiuuent; nec vterq; ſufficient, niſi adiuuet ipſe Deus; qui præcipuus eſt muri huius, & propugnaculorum eius exſtructor: cuius gratia nunquam deeſt ijs, qui ea bene vti volunt. Refert autem plurimùm ita diem totum diſtribuere, vt etiam vna pars expendatur in ædificio muri, & actionum externarum, altera verò in erigendis propugnaculis & actionibus internis.

## §. 3. *Virtutes quæ ſenſus cohibent.*

QVAMVIS nihil ſupereſſe videbatur, ad animæ Religioſæ perfectionem: Spiritus ſanctus tamen aliquid addit, dicens: *ſi oſtium eſt, compagamus illud tabulis cedrinis:* hoc eſt, anima, quę perfectionem Euangelicam profitetur, non poteſt eſſe murus omni ex parte clauſus; ſed neceſſe eſt, aliquod habere oſtium, per quod pateat ingreſſus & exitus, iuxta prudentiæ Regulas. Si itaque anima tanquam oſtium, quod ſpis temporibus aperiatur, & occludatur: vt amicis liceat ingredi, & exire; ſitq́ue tuta, quod hoſtes non ingredientur. Cordis oſtia ſunt quinq; ſenſus, & lingua. Quæ aperienda ſunt ad res neceſſarias ac decentes; claudenda verò noxijs ac ſuperfluis: ne mors, & ruina per ea ingrediatur. Cùm autem anima recés conuerſa ac noua, non ſit ſatis perita ac dextera: proſpicit Deus noſter, vt in Religione fiant oſtia cedrina (quæ arbor eſt ſolida, odorifera, & quaſi incorruptibilis) quibus omnes ſenſus bene cuſtodiantur. Oſtia cedrina ſunt virtutes morales, quæ cuſtodiunt, gubernantq́ue ſenſus exornatæ & corroboratæ documentis & conſilijs, tam quæ continentur in Regulis Religio-

Cordis oſtia quinq; ſenſus.

nis;

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

nis;quàm,quæ à Tyronum Magiſtris traduntur. Tabulæ cedrinæ, quibus illa oſtia compinguntur, ſunt *temperantia*, quæ guſtus voluptates moderatur, *modeſtia*, quæ oculos aperit, clauditque prout oportet, reliquasque corporis actiones dirigit; *ſilentium* religioſum, quod linguam frænat, & ſuo tempore tacet; regularis ipſa *clauſura*: vt nunquam ſine ſuperioris facultate quis egrediatur, *manſuetudo* & Clementia, quæ iræ impetus prohibet; *Obedientia*, quæ voluntatem ſubijcit executioni omnium harum actionum; & *prudentia*, quæ medium in eis omnibus tenendum præſcribit. Hæ omnes virtutes ſunt quaſi tabulæ cedrinæ, ſolidæ ac fortes, ob firmitatem, qua quiſque ſeruat quod ad ſe ſpectat; fragrantes, propter ædificationem, quam alijs adferunt; incorruptibiles, eò quòd à plurimis culpis præſeruẽt: & ſic conferant ad muri, eiusq; propugnaculorum defenſionem, & perfectionis virtutum reliquarum conſeruationem. Dicuntur quoque Cedrinæ: eò quod a *Iuſtum* faciant florere, *ſicut Cedrus Libani*, imitantem exempla magnorum Sanctorum; & ſupremi omnium cedri, Chriſti Saluatoris noſtri: qui in huiuſmodi virtutibus mirum in modum floruit: cuius exempla tabularum cedrinarum vicem ſubire poſſunt: ex quibus oſtia fiant ad noſtros ſenſus frænandos, & continendos. Hæ ſunt in genere virtutes, in quibus Prælati & Tyronum Magiſtri eos debent exercere: præmiſſa conſultatione & conſideratione hic inſinuata, euitatis ſemper vitioſis extremis. Neque enim adeò accelerare & vrgere debent, quaſi velint: eos vno die fieri perfectos; neque adeò tardè, vt permittant, eos ſemper eſſe ignauos ac deſides. Nec debent, eos adeò premere, & onerare, vt ruat ædificium, quod erigere cogitant; neq; adeò illis conniuere, vt nunquam illud exurgat. Ne adeò excelſas turres ſuper murum debilem erigant, vt illas ferre non poſſint: nec ſatis ſibi eſſe exiſtiment, ſi paruas erigant, cùm poſſit murus ferre maiores. Cuique igitur penſum illud, modumque orationis præſcribant: quæ eius feruori & mortificationi, cui ſeſe dedit, ſit accommoda. Sed & illud attendant: vt cedrinæ tabulæ ipſis oſtijs ita aptè coniungantur: ne hoſtes qui valde ſunt ſubtiles, rimulam aliquam inueniant, per quam poſſint penetrare: ne prætextu ſolatij aut recreationis ita alicui ſenſuum habenas laxent, vt præcipitetur; neque adeò fortiter premant, prætextu obſeruantiæ religioſæ: vt eos frangant ac deſtruant. Sed quoniam totus ſequens Tractatus de ijs virtutibus aget: in eodem etiam de eis agetur, quatenus ad Tyrones ſpectant.

Tabulæ cedrinæ quæ.

Tabulæ cedrinæ ſunt incorruptibiles.

a Pſa. 91. 13.

Non ſunt nimium premendi ſubditi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## CAPVT XII.

### PERFECTA RATIO VOTA, ET PROFESSIONEM *ipſam emittendi.*

ACCEDAMVS tandem ad concluſionem ex prædictis probationibus, conſultationibus, ac diligentijs prouenientem: ad Nouitios ſcilicet ſiue Tyrones admittendos, vt Vota ſua & Profeſſionem edant. Si enim ornamentum habent virtutum prædictarum; digni ſunt, cum quorum animabus cæleſtis Sponſus nuptias tandem concludat; & in domum ſuam tanquam perpetuos eius habitatores admittat, per oblationem trium Votorum; quæ emittent cum eo feruore & ſpiritu, quo Dauid prædixit, dicens: a *Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* In quibus verbis ad viuum depictus eſt ingreſſus in domum Dei, quæ eſt ipſa Religio, cum holocauſtis trium Votorum, Paupertatis, Caſtitatis & Obedientiæ: quæ appellat holocauſta, ob rationes ſupra poſitas. Sed modum & rationem cum magno fructu & ſpiritu faciendi explicuit illis verbis: *quæ diſtinxerunt labia mea*: hoc eſt, clarè ac diſtinctè obtulerunt. Quid autem aliud eſt (ait S. Auguſtinus) vota diſtinguere: quam profunda conſideratione diſcrimen agnoſcere inter ea offerentem, & eum cui offeruntur: perpendendo ſummam alterius vilitatem, & indignitatem; & infinitam alterius amplitudinem ac Maieſtatem? Hac enim conſideratione, qui vota emittit, hinc ſeſe humiliabit ac erubeſcet; indignum ſe iudicans, qui tanto Domino aliquid offerat: inde verò reſumet animum, confidens in Omnipotentia & liberalitate Domini, & acceptantis: quòd ſit auxilium præbiturus, ad explenda, quæ promittit. Talem diſtinctionem (ait idem S. Doctor) adhibere debes in votis tuis; vt agnoſcens, quantum interſit inter te & Deum: teipſum tanquam valde improbum accuſes; Deum verò tanquam optimum laudes; & intelligas, te eſſe creaturam, ipſum verò Creatorem; te eſſe tenebras, ipſum verò lucem; te mutabilem, ipſum immutabilem; te indigere Deo, Deum non indigere te: ex tuis enim votis nec ipſe creſcit, nec diteſcit, aut commodum aliquod accipit. Tibi eſt melius quidquid de te, pro te facit: non ei, qui facit. Maiuſque beneficium confert ille tibi, cum acceptat vota tua: quàm tu ei obſequium, dum illa ei offers: non enim in ipſius, ſed in tuam cedunt vtilitatem. Ille tamen & dignus eſt, & promeretur, vt illa ei offeras; & ex hoc ipſe glorificatur: non quòd eius propterea gloria augeatur; ſed quòd iure optimo illi debeatur.

a *Pſa. 65. 13.*

*Tract. 2. c. 4. In Pſal. 65.*

In votis adhibenda diſtinctio.

§. I.

Ex quo fit, vt votorum oblationem hæ tres virtutes debeant præcipuè comitari. Profunda ſcilicet humilitas, ac reuerentia ad Maieſtatem Diuinam; magnâ fiducia in eius infinita miſericordia & omnipotentia; & feruens oratio ac meditatio, quæ accendat foueatque diuini amoris ignem, quo holocauſtum eſt comburendum, & conſumendæ affectiones voluptatum, diuitiarum, ac libertatis, quæ tribus Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ votis iugulantur. Quod ſatis Pſalmiſta inſinuauit, cùm dixit: a *Holocauſta medullata offeram tibi* Cvm Incenso: quod (iuxta aliquos Doctores) non accenſionem, ſed thus ſignificat, quod offerri ſolebat cum cæteris ſacrificijs; eſtque figura b *orationis*, quæ illa comitatur: vt eorum odor in cœlum *dirigatur*, & aſcendat; efficiatque oblationem ipſam gratam; & impetretà Deo gratiam, ad eam efficiendam; & cum perfectione explendam. Hoc totum mirificè quaſi in compendium redegit Pater noſter S. Ignat. in formula votorum edendorum, quam nobis præſcripſit; in qua ea vocat *holocauſtum*. In qua formula præmittit diſtinctionem ac diſcrimen inter vouentem & ipſum Deum, & actus humilitatis ac fiduciæ, ſic dicens: *Omnipotens ſempiterne Deus, ego N. licèt vndecunque diuino tuo conſpectu indigniſſimus, fretus tamen pietate ac miſericordia tua infinita, & impulſus tibi ſeruiendi deſiderio*: *voueo*, &c. Et poſtea addit pijſſimam quandam orationem, qua ſupplicat eidem Domino, *per Ieſu Chriſti ſanguinem*: *vt holocauſtum illud in odorem ſuauitatis admittere dignetur & vt largitus eſt ad offerendum ſic etiam ad explendum gratiam vberem largiatur.*

a Pſal. 65. 15 Ianſen. explicat: offeram holocauſta arietum cũ incenſo.
b Pſa. 140.

Sed multò amplius contendit Dauid obtinere, cùm ait: reddam tibi vota c *quæ diſtinxerunt labia mea*: Verbo enim diſtinguendi docet nos, vota non præcipitanter, nec feſtinanter, neque in genere aut confuſè (vt alibi diximus) ſed cum quiete diſtinctè & clarè, benè priùs perpenſis ijs quæ Paupertas, Caſtitas, & Obedientia, (quæ in votis promittuntur) complectantur. Non enim omnes Religiones eundem habent modum Paupertatis, nec eandem obedientiæ ſeueritatem. Quare plurimùm refert, vt quiſque diſtinctè nouerit, quid ſuis votis offerat; & ad quid ſe obſtringat; & vt labia ea proferant cum iucunditate quadam ac diſcretione; cum tranquillitate, & ſapientia, quaſi ipſis verbis oblectetur, & in ſingulis, immò in eorum ſyllabis hæreat, hoc eſt, in ſingulis rebus, quas ſingulæ promiſſiones in ſe continent. Et quemadmodum in antiqua lege, cùm animal erat in holocauſtum offerendum, non integrum in altari ponebatur; ſed d *detracta pelle, & eius artubus in fruſtra conciſis*: vt ſuppoſitus ignis faciliùs poſſet eos penetrare, & comburere, nihil eorum incombuſtum relinquendo: ita eum, qui in ſui cordis altari oblaturus eſt ſpirituale hoc holocauſtum

c Pſal. 65. 13
Tract. 1. c. 9.
d Leuit. 1. 6



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diſtinctè noſſe debet partes omnes Paupertatis, Caſtitatis;& Obedientiæ vt diuini amoris ignis omnes accendat, ipſumque cor moueat ad eaſdem offerendas & implendas. Si enim hoc modo innoteſcat, quod promittitur facilius poſtea ac iucundius impletur. Ac propterea dixit Dauid; *reddam tibi vota mea:* eò quòd ea diſtinxiſſent labia ſua, & maturè ac prudenter ea obtuliſſet. Ad idem etiam diriguntur probationes, & tentationes præcedentes (vt ſupra eſt dictum;) vt maior ſit experientia rerum, quæ ſunt offerendæ; ac proinde cum maiori diſtinctione ac deuotione offerantur. Ac propterea fortè præmiſit Pſalmiſta: *Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium:* & mox ſubiecit, quæ hactenus poſuimus: *introibo in domũ tuã in holocauſtis: reddã tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea.* Nouitij enim per aquam & ignem tentationum ac probationum tyrocinij tranſeunt: ex quibus deducit eos Deus expeditos, purificatos, valdeque illuſtratos: & tunc ingrediuntur ipſam Religionem, diſtinctè offerentes ſua holocauſta magno animo, certaque ſpe explendi quod promiſerunt: cùm ante ipſam promiſſionem exactè illud expenderint ac probauerint.

QVARE in hac oblatione diſtinctè valdè, & ſpeciatim perpendenda

Tria hæc vota ſunt perpetua.

eſt eius perpetuitas; omnia enim hæc tria vota ſunt perpetuæ Paupertatis, perpetuæ Caſtitatis, & Obedientiæ perpetuæ, per totam ſcilicet vouentis vitam; quæ licèt poſſit eſſe breuiſſima, poteſt etiam eſſe diuturnior. Qui igitur vota hæc offert, ſtatuere debet per totam ſuam vitam illa cum magna longanimitate ſeruare, etiamſi duret per multos annos. Hoc ſignificabat lex holocauſti, quæ iubebat à tempore, quo e *animalia offerebantur,*

e Leuit. 6. 9

*cremari in altari tota nocte vſque mane,* ſubijciente Sacerdote ligna ſufficientia, vt ignis tam diu perduraret donec ipſa animalia comburerentur, & conſumerentur. Ac propterea, cùm animalia erant maiora, quales ſunt boues, hirci, & arietes: neceſſe erat addere plura ligna, vt ignis maior eſſet, & ita poſſet illa nocte oblatum holocauſtum conſumere. Hunc in modum quamuis trium votorum holocauſtum breuiter offeratur, quoad primam eius oblationem, quæ nos ad ea obſeruanda conſtringit: exercitium tamen & obſeruatio eorum perdurare debet per totam miſeræ huius vitæ noctem donec æternitatis dies illuceſcat: ita vt neque tentationes, neque aliæ aduerſitates occurrentes ab hac obſeruatione vouentem retardent. Ordinariè enim totum illud tempus neceſſarium eſt, vt ignis Diuini amoris totum holocauſtum conſumat, mortificando, & in nihilum redigendo affectuum inordinatorum reliquias, quæ remanere ſolent, aut in corde erumpere, ad voluptates, diuitias, honores & libertatem: quibus per ipſa vota renuntiauimus. Quæ res cum ſint omnino magnæ; & vt iam dicebamus, per boues, hircos & arietes ſignificatæ, quos Dauid obtulit in holocauſtum,

dicens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicens: f *cum incenſo arietum offeram tibi boues cum hircis*: neceſſe eſt: diuini amoris ignem, valde magnum eſſe; & per totam vitam nutriri, multisq́; lignis foueri: ijs ſcilicet rebus, quibus ille creſcit & augetur: quales ſunt lectio piorum librorum, meditatio diuinorum myſteriorum, frequentia Sacramentorum; aliaq́; varia exercitia, quorum eſt frequens vſus in Religione, iuxta ipſius leges ac Regulas. f Pſal 65, 15.

§. 2.

QVOD autem Deus D. N. in hac oblatione pluris facit, ſunt interiora, magisque occulta: quæ Dauid *holocauſta medullata*, appellat, ſiue medullam ipſorum holocauſtorum: quæ in hoc holocauſto eſt animi deuotio, qua illud offertur. Non dico teneram illam, ac ſenſibilem, quæ dulces ſæpè profert lacrymas; licèt & hæc bona ſit: ſed quæ verè eſt ſubſtantialis & cordialis, conſiſtens in promptitudine voluntatis, generosè ſine aliquo termino offerentis cor ſuum, & quicquid habet, habereve poteſt in hac vita, quemadmodum Scriptura ſacra dicit, populum obtuliſſe: a *mente promptiſſima atq́; deuota primitias Domino*. Quæ vt melius intelligantur, aduertendum eſt: quòd cùm homo ex ſeipſo valdè ſit pauper ac miſer, ac proinde quicquid Deo offerre poteſt, valdè ſit modicum, aut nihilum: nam vt Iſaias ait b *Gentes omnes* cum illo comparatæ, *ſunt quaſi ſtilla ſitulæ: & inſulæ quaſi puluis exiguus, & omnes gentes quaſi non ſint, ſic eſſe coram eo, & quaſi nihilum & inane reputatas eſſe ei*: ac propterea omnia ligna Cedrorum montis Libani, & omne pecus, quod in eo paſcitur, non ſufficit, vt dignum aliquod holocauſtum ei offeratur. Et licèt hæc omnia magna in ſe eſſent: non tamen ſunt noſtra, ſed ipſiuſmet Dei: nam (vt Dauid dixit) c *quæ de manibus eius accepimus, dedimus ei*. Ex quo fit, vt gratia diuinæ Vocationis ad impinguandas & extollendas oblationes, imprimat animæ generoſam quandã voluntatẽ commutãtem eas ex pauperibus in opulentas; & ex paruis in valdè magnas, & amplas. Nam (teſte S. Greg.) nihil offertur Deo ditius voluntate bona cũ qua, quod modicum aliàs erat, fit multum; ſicut abſq; ea, quod multum videbatur, eſt nihil; cum ea d *duo æra minuta* præferuntur multis ducatis; & hi ſine ea minoris fiũt, quàm æra minuta, nullus ditior eſt eo, qui ciſtas cordis ſui plenas habet auro bonæ voluntatis pretioſiſſimo. Illa enim, quando eſt perfecta, duo efficit in ſuis oblationibus. Primum eſt ꝙ tradit Deo quicquid habet, & poteſt (vt ait S. Greg.) *iuxta vires*: nihil ſcilicet ſibi retinens; aut negligens aliquid facere, quod poſſet, amando, & ſeruiendo Deo ſuo ex toto corde, ex tota ſua virtute, & ex omnibus viribus ſuis: & hoc quidem ſufficit ad integritatem & plenitudinem holocauſti: ſed bona voluntas præter hoc cupit dare Deo multò plura quàm habeat; & facere *vltra vires*, nullum ponens limitem aut terminum deſiderijs ac votis ſuis. Et hac animi in-

a Exod. 35 21

b Iſa. 40. 15

c 1. Paral. 29 14.

Hom. 5. in Euang.

d Luc. 21. 2

Supra.

genuitate tria hæc vota offert. Voto igitur paupertatis offerre debes quæcunque habes, & in hac vita habere potes; ſed tali tamen animo: vt ſi totus mundus tuus eſſet, & mille alios mundos haberes: omnes Deo tuo offerres; & ſi plenum haberes dominium omnium quæ creata ſunt, abſque dependentia ab alio; totum renũciates, ac deſereres, vt Creatori tuo totũ offerres. Voto caſtitatis offerre debes corporis tui integritatẽ, & animæ puritatem iuxta vires tuas ſcilicet humanas: tali tamen deſiderio, quòd eã cuperes ſeruare etiã vltra vires humanas, atq; ſi eſſes Angelus. Et hæc perfectiſſima eſt caſtitas quam Angelicam vocant: quæ efficaci deſiderio eam ex gratia Dei ſeruat puritatem, quam Angeli ex natura ſua poſſident. Obedientiæ voto offerre debes Dei libertatem, & voluntatem tuam cum omni perfectione tibi poſſibili: deſiderio tamen multò plus debes offerre, quàm tu poſſis: deſiderans diuinam voluntatem in terra exequi cum omni perfectione, qua ipſi beati eam exequuntur in cœlo; & multò adhuc præſtantiori, ſi præſtantiori, poſſes; imò cum infinita perfectione, ſi hæc tibi eſſet poſſibilis.

CVM huiuſmodi excellentia, diuina Vocatio inſpirat faciendam eſſe trium votorum oblationem, vt ea ſit valde perfecta. Nam ea eſt ſementis, quæ in bonam terram iacta, fructum profert centuplum, ſummam ſcilicet perfectionem, ad quam poteſt pertingere. Neque caret myſterio, quod Sancti

e Mat. 13. 8. Marc. 4. 8. f Luc. 8. 8.

Matthæus, & Marcus in hac ſeminantis parabola dicant, e *ſementem, quæ cecidit in terram bonam, protuliſſe fructum, aliam centeſimum, aliam ſexageſimum, aliam trigeſimum*: At S. Lucas ſolùm dicit: f *ſementem quæ cecidit in terram bonam, feciſſe fructum centuplum.* Si enim ad ea reſpiciamus, quæ tribus votis offeruntur, diuerſi in eis inueniuntur gradus. Nam votum paupertatis fructum offert trigeſimum, bona ſcilicet externa & fortunæ; caſtitas, duplum, hoc eſt, ſexageſimum fructum profert: bona ſcilicet, ac voluptates propria corporis; Obedientiæ autem votum fructum profert centeſimum, bona ſcilicet precioſiora animæ. Si autem ad bonam voluntatem reſpiciamus, qua hæ tres oblationes offeruntur: in omnibus & in ſingulis fructus offertur centeſimus, ob ſummam, qua offertur perfectionem. Hoc eſt quod Christus Dominus noſter plurimi facit. Nam (vt idem S. ait) pluris cor facit quàm ipſum donum; & magis approbat bonum mentis affectum, quàm quoduis aliud munus.

HINC licet progredi ad perpendendam præſtantiam & excellentiam nuptiarum ſpiritualium, quas celebrat anima cum Deo ſuo per tria hæc vota, cum tanto ſpiritu edita. Nam ſi vel ipſum caſtitatis votum ſolũ ad has

Tract. 2. c. 4. & 5.

nuptias contrahendas ſufficit, (vt ſupra eſt dictum:) quantò maiori excellentia contrahentur, ſi duo alia vota eidem coniungantur? cùm enim hæ nuptiæ ſint ſpirituales, plurimùm earum præſtantia extollitur per votum

obedien-

obedientiæ,quo traditur Deo optima vis animæ,quæ eſt ipſa voluntas : qua exornata charitate fit vnio ſpiritûs cum Deo ſuo. Nā quemadmodū fœminæ dotem ſuam adferre ſolent, quam die nuptiarum viris ſuis tradunt: ita dicere licet : votum paupertatis eſſe traditionem dotis, qua diuino ſuo ſponſo tradit omnes facultates, quas habet,& habere poſſet: quamuis id totum pro nihilo reputetur reſpectu eius quo ille dignus eſt : ſed cum eo contenta eſt, quòd ſe in ancillam offerat Domino, qui ipſam dignatur accipere in ſponſam. Quod ſi illa tantam adfert dotem, quas Arrhas ei tradet cæleſtis Rex: cùm deceat tradere pro ſua magnificentia & Maieſtate? Quare adeò magnas precioſaſq; tradit, vt nullo pretio poſſint æſtimari: nam ipſemet g *Spiritus S.*(vt ait Apoſtolus)*eſt pignus hæreditatis noſtræ*, aut Arrhæ (iuxta aliam verſionē quā S. Thom. valdè approbat :) pignus enim datur quaſi ad tempus,& commodato; Arrhæ verò ſunt donum ex ſe perpetuum : Spiritus autem ſanctus donum eſt permanens in ſponſis Chriſti, vſq; ad vitam æternam: niſi ipſæ ſibi deſint. Quæ igitur Arrhæ pretioſiores eſſe poſſunt Spiritu S. qui eſt Deus infinitus & fons donorum omnium, quæ iuſtis communicantur? Qui cùm Religioſis traditur tanquam Arrhæ propriarum cū ipſo nuptiarum, in ea plenitudine datur, quam ſtatûs eius excellentia poſtulat. Ne timeas, ô anima, ne fias puſillanimis aut timida, etiamſi videas te eſſe paruam,& vbera non habere; debilem, ſterilem, & ex teipſa miſerabilem: nam ipſe Dominus, qui te ad Religionem vocauit;& vt ex mundo exires,& ad ornamentum aliquod comparandum, vt hanc oblationem faceres adiuuit, ipſemet dignatur eam acceptare, teque in ſuam accipere ſponſam: tradēs tibi pro Arrhis diuinum ſuum ſpiritum cum ea gratia & auxilio, quo opus habebis ad tuam oblationem faciendam,& porrò explendam. Iam es quaſi murus ob firmum decretum, quo ſtatuiſti in eius ſeruitio ſemper manere in ipſius domo. Tutò potes ſuper hunc murum tria vota; quaſi tres turres aut propugnacula argentea fortiſſima & precioſiſſima fabricare. Ipſe enim Dominus h *ſumptus* tibi dabit, *qui neceſſarii ſunt ad perficiendum*, ita vt nec hoſtes tui *incipiant illudere tibi, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare* turrim perfectionis, *& non habuit* animum eam *conſummandi*. Quod ſi importunis ac moleſtis tentationibus te perſequentur: conſcende argentea illa propugnacula, memor trium promiſſionum, quas Deo feciſti; & quas Deus adeò magnificas tibi fecit, vt tu impleas, quas feciſti. Hac autem memoria & fiducia conuertere in hoſtes tuos; reſiſtens ſtrenuè eorum conatibus; & impugnationibus. Quod ſi quis hoſtium ingredi tentauerit per ſenſuum tuorum portas: occlude eos tribus his votis, quaſi tribus tabulis Cedrinis valdè ſelectis: certò tibi perſuadens eum, qui tanta promiſit, non daturum aditum alicui rei, quæ ipſum ad eas confringendas inducat.

g Eph. 1. 14.

Ibi Lectio. 5.

Spiritus Sanctus donum permanēs.

h Lu. 14. 28.

# CAPVT XIII.

## RES ALIQVÆ INSIGNIORES PRÆCEDVNT, ET CO- *mitantur votorum oblationem, vt illa maiori cum perfectione fiat.*

QVAMVIS ſacræ Religiones varias habeant valdè pias, ac myſtic ceremonias, quibus votorum ſuorum oblationem comitantur maximè tamen ſubſtantiales, & maioris pro omnibus momen inſinuantur à Regio Propheta in toto Pſalmo 115. in quo præ tradit rerum, quæ in proximo capite fuerunt propoſitæ: idque excellen quodam modo his verbis expreſſo. *Ego dixi in exceſſu meo: Omnis hom mendax. Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſa- lutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.*

### §. I. *Recollecta per dies aliquot Oratio.*

AD cuius maiorem declarationem præmittendum eſt: Dauidem ſe cum ipſo feruentem hanc ratiocinationem habuiſſe in recollecti quadam prolixa, valdeque eleuata oratione, quam exceſſum ſiue ec ſtaſim appellat: quæ tunc euenit cùm homo præ admiratione eius, quod audit, videt, aut conſiderat, exiens extra ſe eleuat ſe ſupra ſeipſum ad re valdè egregias & grandes. Adeò enim inſignia propoſita & vota atque ipſ hic refert, non obtinentur, niſi magna cœleſti luce: quæ vt plurimum i conceditur, qui ſeſe ad myſteria ac beneficia diuina meditanda receperit per tempus aliquod ſufficiens, & in loco conuenienti, Et hoc primum eſt quod profeſſioni, aut votis emittendis meritò præmitti deberet: vt eam diturus recolligat ſe per decem aut duodecim dies ad illa tria ſpeciatim con ſideranda, quæ Dauid magno cum affectu in exceſſu illo ſuo dixit; *quid re- tribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi?*

1. Dei infinita beneficentia conſideranda.

PRIMVM enim in hac recollectione conandum tibi eſt à teipſo exire, & ſpiritu aſcendere ad ipſius Dei præſentiam; ibiq; cōſiderare infinitam be benefactoris amplitudinem, ſapientiam, bonitatem, charitatem, liberalita tem, & omnipotentiam, quæ ſuis creaturis minimè opus habeat. Ad quas eius proprietates melius aſſequendas, ingrediendum tibi eſt in ipſum im Deum, perpendendo infinitum amoris ignem in diuino eius pectore ar dentem; qui (vt ſanctus Dionyſius ait) facit eum extra ſe exire, vt bene

cat hominibus; ſuiſque donis eos repleat eo ſolùm nomine, quod ipſe bonus ſit, eiſque benefaciendo oblectetur. Qua conſideratioue, ſi exacta illa fuerit ac profunda, admiraberis & obſtupeſces cupiens ſummè amare tantum benefactorem, & in eius obſequio liquefieri, dicens tibi ipſi: *quid retribuam Domino?* Quid ob amorem infiniti huius benefactoris faciam? Et in qua re oſtendere licebit amorem, quem erga ipſum habeo; ac retribuere pro eo quem ipſe erga me habet? 2.

Mox vlteriùs progrediens, multitudinem perpendes & magnitudinem beneficiorum, quæ Deus in te contulit, generalia, & ſpecialia; naturalia & ſupernaturalia; in corpore, & in anima: attendens multitudinem eſſe innumerabilem: magnitudinem immenſam & incomprehenſibilem. Nominatim autem hæc tria in tua vocatione perpendes: Innumera & grauiſſima mala ac pericula huius mundi; ex quibus te Deus eduxit; innumera & excellentiſſima bona eius ſtatus, in quo te Deus collocat; & multò maiora, quæ tibi promittit. Et admirans tantum beneficiorum exceſſum, à teipſo exiens, dices, *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Et in quo licebit me gratum oſtendere, ob adeo beneuolam vocationem, qua me ad talem ſtatum elegit.

Et hinc ad teipſum iterum ingreſſus, perpendes tuum nihilum, miſeriam, & indignitatem tuam quodammodo infinitam, ob tua peccata, pertinaciam, & ingratitudinem erga Deum: propter quæ dignus eras, cuius Deus obliuiſceretur, & quem Deus repelleret, puniret, & ad profundum infernum proiiceret. Et videns, quod tantus Dominus tanto amore tot contulit beneficia homini adeo improbo, adeoque ingrato; tali aſpectu obſtupefactus, factus omninò extra te, cum ingenti effectu tibi ipſi dices: *Quid ego retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* mihi inquam qui talis ſum, qui tam procul ſum ac remotus à promerendo quodcunque beneficium, quantumuis minimum? O Deus cordis mei, oſtende mihi cœleſti tua luce, quid velis à me tibi dari; & qua ratione idipſum dare debeam: decreui enim; certoque conſtitui, facere quicquid tibi gratum fore cognouero. Hoc ſpiritu pio adeò ac grato concepit Dauid propoſita & holocauſta, quæ refert: quæ omnia ſunt actus gratitudinis & exceſſus amoris: non enim ſolùm ſe obtulit ad ea præſtanda, quæ ex præcepto tenebatur; ſed ad alia etiam opera, quæ tantùm erant ex conſilio. In quibus eminere debent qui recens ingrediuntur Religionem, aut ſecundum repetunt ingreſſum per ſacra vota, vt corpus vnum cum ea conficiant.

3. Miſeriam propriam conſidera.

§. 2. Con-

### §. 2. *Confeßio & ſacra Communio.*

PRIMVM omnes meritò inde incipere deberent, vnde incepit Dauid di-
centes; *Calicem ſalutaris accipiam*, calicem, inquam Saluatoris, aut ſalutis,
hoc eſt quem Saluator noſter conſtituit, ad ſalutem animæ meæ redden-
dam. Qui calix non vnus eſt, ſed multi: & omnes accipere debet Religio-
ſus in hiſce ſuis ingreſſibus; ſed ordine ſuo. Cùm enim certum ſit (vt Eccle-
1. a Eccl. 34. 23. ſiaſticus dixit) *quod dona iniquorum non probat Altißimus, nec reſpicit oblatio-
nes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiatur peccatis*: pri-
mum refert, quod cupiens offerre Deo aliquod donum, & ſeipſum, in ſacri-
ficium; & votorum ſuorum oblationem facere ſtudeat priùs, ſe à peccatis
purgare: accipiens calicem, quem Deus ad ipſum ſanandum, & ab eis pur-
gandum inſtituit.

2. PRÆTEREA, cùm quis ægrotat, & noxijs redundat humoribus, quibus im-
peditur à cura rerum, quæ ſibi incumbunt: primum omnium dat operam ſa-
nitati recuperandæ, accipiẽs Syrupos & alias purgationes, ad recipiendam ſa-
nitatem neceſſarias, quas etiam valde amaras libenter ſumit, eò quòd ſint
potiones ſalutis. Quod ſi tunc ab aliquo amico ſuo magnum aliquod bene-
ficium accipiat, dicere ſolet: cupio ſanitati reſtitui, & ex hoc lecto ſurgere, vt
me ſeruitio tuo addicam, quò aliquid reddere poſſim pro plurimis, quibus
me obſtrinxiſti. Hunc in modum qui Religionem ingreditur, & ſpiritu æger
eſt propter vitia & paſſiones: primum, cui attendere debet, eſt, vt ſanitati re-
ſtituatur, ſumatque calicem ſalutis, hoc eſt, media adhibeat, ad ſanitatem re-
cipiendam; & opera actioneſque ſui ſtatûs exercenda. Et in hoc ipſo pri-
mùm oſtendet meritò Domino Deo noſtro animi gratitudinem, dicens
ex toto corde: vellem, Domine, liber eſſe à peccatis meis, & ſanus à morbis,
qui alligatum & impeditum me tenent, quò minùs opere ipſo amorem o[illegible]
dam, quem erga te habeo: & plurimum, quo tibi ſum obſtrictus. Quam-
CONFESSIO. obrem firmiter ſtatuo, haurire ſtatim calicem, quem in meam ſalutem con-
ſtituiſti. Quis autem hic eſt calix, niſi Pœnitentiæ & Confeſſionis, ille vino
b Pſal. 59. 5. plenus, de quo Dauid; b *Potaſti nos vino compunctionis*, contritione ſcilicet &
dolore peccatorum, qui non ſolùm vulnera exteriùs abluit; ſed tanquam
hauſtus purgans ingreditur per omnes venas & angulos cordis quod pur-
git & aperit: vt per ipſam confeſſionem exeat omnis malus humor pecca-
torum; maneatque ab eis expurgatum. Vocatur autem calix Saluatoris,
quòd ipſe illum inſtituerit; & tanquam medicus ſapientiſſimus præſcripſe-
rit, ad ſanitatem nobis reſtituendam.

3. ET, cum peccatorum venia ac remiſſio tantum ſit beneficium; eſt ta-
men Deus adeò bonus, adeoque propenſus ad ea condonanda, eò qu[illegible]

maximi faciat, & vehementer cupiat noſtram ſalutem: vt præmium ſuum reputet, quod nos calicem illum & hauſtum ſumere velimus; in quo ſalus, & vita noſtra conſiſtit. Atque ſi medicus mercedem ſuam & ſui laboris gratitudinem reputaret, quòd ægrotus purgationem ab ipſo præſcriptam, ob ſalutem propriam ſumere vellet. Si itaq; noſſe velis, ô anima, *quid retribuere poſſis Domino pro omnibus quæ retribuit tibi*; ſume calicem hunc ſalutaris tui, etiamſi amarum, reddendo Deo honorem, humili peccatorum tuorum confeſſione: aptè enim accommodatur hic, quod Ioſue dixit ad Achan: c *Da gloriam Domino Deo, & confitere atque indica mihi, quid mali feceris.*

c *Ioſu 7. 9.*

Propter triplicem hanc rationem, qui Religionem ingreditur, aut vota ſua, aut Profeſsionem emittit; haurire debet calicem hunc ſalutaris: atque non quomodocunque & ruditer, ſed cum amoris exceſſu; plus præſtans, quàm aliàs ad ſanitatem recuperandam tenebatur; & contendens, valdè gratum ſe Deo noſtro oſtendere: inſtituens generalem omnium totius vitæ peccatorum confeſſionem, etiam quæ priùs eſſet confeſſus. Nam (vt ait S. Bonauentura) quemadmodum is vitam nouam inchoat, & habitum induit nouum: ita æquum eſt, vt veteri vita ac veteris hominis reliquijs omnino ſe exuat; adhibens ex parte ſua nouam hanc diligentiam, ad id perfectè conſequendum. Quam generalem totius vitæ confeſſionem, ſi in primo ſuo ingreſſu fecit; expedit aliam etiam generalem inſtituere ab vltima inchoando, vſque ad illud tempus, quo vult edere vota ſua: vt oblatio eò ſit magis grata Domino; quò ex corde procedit puriori. Nam, vt Scriptura ait: priùs d *Deus reſpexit ad Abel, &* poſtea *ad munera eius.* eò enim magis illi placet ſacrificium: quò is, qui offert, eſt melior.

Generalis confeſſio præmittenda.

*In ſpeculo diſciplinæ p. 1. c. 1.*

d *Gen. 4. 4*

Sed quoniam calix hic pœnitentiæ, etſi infirmum reddat ſanitati & iuſtificet peccatorem non tamen firmum eum facit, ac fortem; ſed remanet adhuc ille debilis, & cum languore conualeſcentiæ: eſt alius calix ſalutaris, ſanctiſſimum ſcilicet altaris Sacramentum: in quo latet ipſemet Saluator, qui panis & vini accidentibus tectus, medicus eſt noſter, medicamentum, ſalus & vita noſtra: qui ſua præſentia debilem confortat, valetudinarium corroborat; ac iuuat vt ſani opera exercere poſsit; triaque vota ſeruare Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ: nam ipſe Dominus venit caſtus, pauper ſpiritu, & obediens: quem ſpiritum ijs communicat, qui cum tali deſiderio ac diſpoſitione ipſum ſuſcipiunt. Quare plurimùm refert: vt, quando hæc vota eduntur; aut Profeſsio fit, diuiniſsimus hic calix ſuſcipiatur; ille enim valde eam perficit; vireſque & animum addit, ad eam implendam. Nam quemadmodum dixit S. Dionyſius: *non contingit, aliquem perfici perfectione hierarchica, niſi per Diuiniſsimã Euchariſtiam.* per eam enim omnis perfectio plenè communicatur. Et ita ait, ſuo tempore tradi ſolitam Mo-

Commvnio.

*Cap. 3. Eccl. Hierarch.*

nachis, cùm ſuam edebant profeſsionem; quamuis etiam propter ali
cauſam, quam poſtea adferemus. Et quamuis hoc ſit ſupremum donum
quæ Dominus noſter nobis largitur: voluit tamen, idem eſſe gratiarum a
onem ob reliqua beneficia; & vt in gratiarum actionem pro illis hoc ſu
peremus: quare hoc etiam ſpiritu calicem hunc ſuſcipere debet, qui vota
*Vide Ianſenium in eũ locum.* emittit, dicens: *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi* in
ſtatu, in quo me collocauit? *Calicem ſalutaris accipiam*, eſcam ſcilicet & p
meæ ſalutis: & alij legunt: *Calicem leuabo in altum*, offerens ſcilicet ſu
mum hoc laudis ſacrificium pro omnibus beneficijs mihi collatis. Cùm
tur ipſe tantum amoris exceſſum oſtendat, exiens è cœlo & deſcendens
mundum, ac ſeſe in hoc Sacramento occultans: vt ego eum intra me ſuſc
am; rationi erit conſentaneum, vt & ego accendar, & amoris exceſſu
uer; vt plus ei tradam, quàm ipſe exigat; offeramque hoc mei ipſius ſacr
e *Pſa.* 22.5. cium, quod illi tantopere placet. e *Calix meus* (ait Dauid) *inebrians, quam pr*
*Pſal.* 15. 5. *clarus eſt*! meus eſt quia Redemptor meus eum mihi tradit; & ipſe eſt *f pars*
*reditatis meæ*; venitque, vt faciat me vnum ſecum; & vt me inebriet, & e
me educat, cum abundantia cœleſtium ſuarum deliciarum. Propterea ig
volo, eum ſuſcipere: vt à me exiens, ipſi me totum tradam. quam tradi
nem hac ipſius in hoc Sacramento ſumptione, confirmem & conforte

### §. 3. *Deſideria patiendi multa.*

TERTIVS alius calix eſt frequentior pro omni tempore, die, ac noct
quo hauriendo valde oſtenditur exceſſus amoris: eſt autem calix
*Ex S. Cipriano li. 3 epiſtol. 25.* ritudinum & calamitatum huius vitæ, De quo dixit Chriſtus Dominus
ſter filijs Zebedæi: a *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo?* non de illo tam
a *Mar.* 10. 38 loquor, quem tempore paſſionis ac mortis meæ b *bibiturus ſum*; ſed de
b *Mat.* 20. 22. quem bibo quotidie in tot perſecutionibus, doloribus, defatigationibus
laſſitudinibus, quas quotidie tolero.

AD hunc calicem implendum res ſeptem concurrunt: Dæmon ſcil
cum ſuis tentationibus, mundus & mundani cum ſuis perſecutionibus,
cum triſtitijs ac defatigationibus, quas ſentit; Prælati cum rebus aſpe
ribus, quas imponunt; & probationibus, quas adhibent; proximi cum m
leſtijs, quas adferunt; & ipſemet Deus, cum infirmitatibus & alijs ærum
quas mittit. Sed magis adhuc in particulari impletur mortificationibus
amaritudinibus annexis vniuſcuiuſque ſtatui. Quare in hunc calicem in
ditur quicquid pœnale eſt in tribus votis; cruciatus, quos ſuffert, qui c
eſt, miſeriæ, quæ pauperem comitantur & premunt; & abnegationes, q
tolerat obediens. Quamuis in aliquibus calix hic valde ſit latus, & capa
alijs verò anguſtus, & parum capiens: In aliquibus valde eſt amarus, ac p
in alijs verò mixtus ac temperatus. Qui tamen nouit quantum Deo debe

vti-

vultque gratum ſe propterea oſtendere: debet ſe generoſè offerre ad eum calicem ſuſcipiendum, quem ipſe Deus dederit qualiſcunque ille ſit: exultans, quòd habeat aliquid, quod offerat Deo, pro plurimis, quæ ab ipſo accepit. Quid enim retribuere poſſum ego Deo pro eius in me beneficijs, quod magis meum ſit proprium, quàm hoc? vnuſquiſque ſoluit quod debet, ea moneta quā habet. Ego in bonis ſum pauper; ſed in miſerijs & rebus pœnalibus ſum diues: hoc monetæ genus eſt frequens, & in cōmuni vſu in mea patria; hanc igitur retribuā Deo pro beneficijs in me collatis: offerēs me ad tolerandos cū ipſius gratia, labores oēs, & calamitates, quas ipſe voluerit. Si Deus, qui nihil in ſeipſo pati poterat, factus fuit homo, vt calicem hunc amaritudinum bibere poſſet; & reuerâ totum exhauſit, oſtendens exceſſum amoris erga me: æquum igitur eſt, vt ego, qui homo ſum, ac proinde cum ipſa natura amaritudines illas coniunctas habeo: offeram me cum exceſſu quocunque ad hunc calicem, eius amoris & obſequij cauſa bibendum, & in gratiarum actionem pro beneficijs in me collatis. Accedit, quod quantumuis calix ille ſit amarus, mihi erit calix ſalutaris: ſiquidem totus ille dirigitur in animæ meæ ſalutem: & quaſi hauſtus & medicamentum ſalutare purificabit me, & à peccatis præſeruabit; domabit paſſiones meas, & iuuabit vincere defectus meos & prauas propenſiones: quem ſi cum feruore hauſero; erit mihi ſuauis caſtitas, dulcis paupertas, & iucunda obedientia. Ex quo deduco, quod quemadmodum Christus Dominus noſter, dum ſe ad orandum recepit in monte Tabor, c *loquebatur cum Moyſe & Elia de exceſſu* eius amoris ac doloris, *quem completurus erat in Ieruſalem*; ita etiam qui ſe recipit ad agendum cum Deo per dies aliquot, antequam vota ſua edat: debet ibi conſiderare hos Saluatoris exceſſus; & ad eius exemplum offerre ſe ad exhauriendum calicem vitæ Religioſæ; etiamſi magnus eſſet, valdeque amarus: impellens ſeipſum ad hoc tribus illis nominibus ac titulis iam inſinuatis: gratiarum ſcili et actionem ob accepta beneficia; & quia calix eſt ab ipſomet Saluatore ad ſalutem animæ ordinatus; & quod ipſemet Saluator priùs eundem exhauſit.

Bonum eſt ſi offerre Deo.

c Luc. 9. 31.

Et quoniam calix hic adeò eſt amarus, opus eſt ei adiungere quod Dauid adiecit: *& nomen Domini inuocabo.* Quid autem eſt nomen Domini inuocare, cùm calix accipitur: niſi auxilium & ſubſidium ab ipſo petere ad eum ſumendum? Quod fit feruenter, ſi per omnia ipſius Dei nomina ſiue proprietates diſcurramus; illaque tanquam titulos ſiue rationes adhibeamus, vt orationem noſtram exaudiat: quaſi dicas; exaudi me, Devs meus, quia tu es Dominus meus, pater, creator, conſeruator, vniuerſalis proſpector, medicus, paſtor, Saluator, & glorificator noſter: pro gloria itaque horum tuorum nominum, adiuua me, vt calicem hunc

Calix hic amarus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Serm 18. in Cant.

meæ ſalutis ebibam, & vota offeram, quæ deſidero. Et qui perſeuerauerit in oratione, vt oportet, experietur quod ſanctus Bernardus dixit: ipſam quoque eſſe calicem ſalutis tanta dulcedine plenum, vt ſufficiat amaritu-
„ dinem aliorum calicum dulcorare. Nam orando (ait) bibitur vinum læti-
„ ficans cor hominis; vinum ſpiritûs, quod inebriat; & carnalium volupta-
„ tum infundit obliuionem &c. Emollit aridæ animæ viſcera; & adiuuat, vt cibum bonorum operum digerat, fortificans fidem, confortans ſpem, & alens ac ordinans charitatem.

## CAPVT XIV.

### IN QVEM FINEM, QVIBVS NOMINIBVS *& quo gratitudinis ſpiritu, votorum oblatio facienda ſit, & implenda.*

a Pſ. 115. 14.

Ita Titelmannus.

PRÆMISSIS præparationibus in proximo capite poſitis: commodè accedit vltima illa Dauidis oblatio: a *Vota mea Domino reddam coram omni populo eius.* Sed quoniam verbum *Votorum* in Scriptura Diuina ſignificat aliquando propoſita tantùm ac deſideria in ipſo corde concepta, aliquando autem ſignificat etiam promiſſa, quæ Deo fiunt: in vtroque ſenſu poteſt hic verbum illud *Votum* accipi, ad præſens inſtitutum. Qui enim Religionem ingreditur; ipſo ſtatim ingreſſu offert Deo feruentia propoſita ac deſideria perpetuæ caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ: & poſt Nouitiatum ea deſideria explet, edens promiſsionem & vota de eiſdem ſeruandis, *coram populo Dei*, ipſa ſcilicet Religioſorum congregatione, & populo Chriſtiano tanquam teſtibus talis emiſsionis: & poſt emiſſa pergit in eorundem obſeruatione in conſpectu totius mundi, quaſi de eis editis glorietur; tribuens ſibi honori, quòd caſtus ſit, pauper, & obediens; quòd rebus vilibus & abiectis vtatur, in quibus apparet ipſa paupertas; aut munia obeat vilia iuxta præſcriptum obedientiæ. Et quemadmodum huiuſmodi propoſita & vota

Propoſita illa exceſſus amoris.

ſunt exceſſus amoris, vtpote quibus homo plus præſtet, quàm teneatur, eatque ex ſeipſo, vt nihil ſui reſeruans, totum ſe Deo ſuo tradat: ita etiam oſtendunt ſummam gratitudinem, quam poſsit homo erga ſuum Creatorem oſtendere. Nam quemadmodum ſanctiſsima Euchariſtia, cum ſit ſummum beneficium, ſimul etiam accipitur in gratiarum actionem, propter ipſam, & propter reliqua beneficia: ita ingreſſus in Religionem eſt præ-

ſtantiſ-

ſtantiſſimum Dei beneficium, vt iam vidimus: & ſimul poteſt, fieríque de-
bet cum magno feruore in gratiarum actionem ob reliqua beneficia: quia
homo tradit Deo ſummum quod poteſt. Qui enim ſeipſum dat: non habet
amplius quod det; ſed pergit continuè exercendo per totam vitam, quod
ſemel obtulit. Quare ſi plurimum Deo debeas, teque ipſum interroges: *quid
retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* reſpondeas tibi ipſi; ego of-
feram ei hæc vota; illaque explebo & exequar in præſentia totius orbis: ſic
enim ſimul & ſemel trado ei quidquid habeo & poſſideo: ſiquidem do me-
ipſum, in quo reliqua continentur. Hunc in modum explicat S. Auguſtinus
prædicta pſalmi verba dicens: Quiſquis bene cogitat, quid voueat Domino, *In Pſal. 115.*
& quæ vota reddat: ſeipſum voueat, & ſeipſum reddat. Hoc exigitur, hoc
debetur. Imago Cæſaris detur Cæſari; ſed imago Dei offeratur & tradatur
Deo. Et in alio loco ait: Nihil gratius poſſumus Deo offerre, quàm vt dica- *In id Pſ. 131 votū vouit Deo Iacob.*
mus cum Iſaia: b *poſſide nos*; accipe nos in hæreditatem & poſſeſſionem
tuam: nos totos tibi tradimus, non ſolùm c *corda* quæ à nobis exigis: ſed *b Iſa. 26. 1 iuxta LXX*
quicquid ſumus, hoc tibi promittimus, & explebimus in conſpectu to-
tius mundi: non vt ille propterea nos in honore habeat; ſed vt honor tibi ab *c Pro. 23. 26*
omnibus deferatur ob ea, quæ tibi offerimus.

§. I.

Sed tria alia motiua videamus, quæ Dauidem permouerunt, ad vota
hæc & præclaras adeò oblationes offerendas. Primvm explicuit illis
verbis: *Precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Quod de duplici I.
morte intelligi poteſt: quia vtraque eſt valde precioſa. Altera eſt, dum hæc
vita durat; altera ad eius finem. Primam obit homo valdè excellenter per
oblationem trium votorum, eorumque cuſtodiam: & in aliquibus Religio- Homo moritur per vota.
nibus adhibentur aliquæ cæremoniæ externæ valdè piæ, quæ mortem i-
pſam referunt. Nam per votum caſtitatis, ita moritur Religioſus volupta-
tibus carnis, vt inhabilis maneat etiam ad eas, quę habentur in matrimonio,
quaſi eſſet iam mortuus. Per votum paupertatis ita moritur diuitijs huius
ſeculi, vt mortui inſtar incapax ſit alicuius proprietatis circa eas: facit enim
Chriſtum ipſum in ſuis pauperibus hæredem. Per votum obedientiæ mo-
ritur ſibiipſi & gubernationi rerum quæ ad ipſum poſſent ſpectare: vt non
propria voluntate in eis ſe gerat; ſed offerat ſe tãquam cadauer, quod quo-
quo verſus trahi ſe ſinit: Hæc mors, ſi per totam vitã duret, attendendo vt
ſemper moriatur omnibus, quæ interdum reuireſcunt; eſt verè precioſa in
conſpectu Domini: quia non eſt precium vllum, aut valor in mundo, qui il- Mors naturalis finis laborum.
li æquiparetur. Et ex ea prouenit, vt ipſa mors naturalis ſit etiam valde pre-
cioſa in conſpectu eiuſdem Domini. Eſt enim finis laborum, & principium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a *Ap.* 14.13. æternæ quietis: cum ſit tranſitus ad æternam vitam. De vtraque etiam mor-
te intelligitur quod dixit vox de cœlo: a *Beati mortui. qui in Domino morian-*
*tur: à modo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant a laboribus ſuis operaenim illorum ſe-*
Beati ſun[t] religioſi. *quuntur illos.* Beati ſine dubio ſunt Religioſi, qui ob amorem erga DEVM
ſuum, moriuntur tribus editis votis, rebus omnibus, quæ ſunt in terra: dum
enim incipiunt ſic mori: incipiunt etiam quieſcere & quando mors eſt per-
fecta, etiam requies erit perfecta: quia SPIRITVS Sanctus huiuſmodi bona
opera remunerat hac pace & requie: quæ multò erit perfectior ac plenior
in æterna vita. Dicat igitur RELIGIOSVS: volo offerre, & explere vota mea in
totius plebis conſpectu: quia precioſa eſt in conſpectu Dei mors, quam in
illis profiteor; & quæ per illa obtinetur in fine huius vitæ. Si itaque hoc
SPIRITV illa emittat, erit eius oblatio valdè precioſa.

SECVNDVM motiuum, cur hæc propoſita & vota redderet Pſalmiſta, ex-
2. plicuit ipſe, cùm dixit: *O Domine, quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus: & filius*
*ancillæ tuæ.* Bis ſeruum ſe appellat; & iterum ancillæ filium, quod eſt, manci-
pium ſe profiteri: & hanc reddit ſuarum oblationum cauſam: ſeruus ſum, &
Mancipia Dei ſimus. mancipinm DEI, titulo Creationis; qua homo ſum, ad eius imaginem & ſi-
militudinem conditus, vt in ipſius ſeruitio me totum expenderem. Titulo
etiam Redemptionis ſum eius ſeruus, qua ſum Chriſtianus. IESV CHRI-
STI ſanguine redemptus, cuius virtus & gratia fuit mihi in ſacro Baptiſmo
applicata; vt eius Legi Sanctiſſimæ obſeruandæ me totum impenderem.
Hæc autẽ duo nomina ſiue tituli impellunt me, vt DEI ac SALVATORIS mei
ſeruum & mancipium agnoſcam, & profitear nouo alio titulo Religionis:
quo me totum eius obſequio dedicem ac mancipem per tria vota, renun-
cians meæ libertati, vt ſeruum me conſtituam ſubiectum Prælatis, quos ip-
ſe loco ſui mihi conſtituit; & in eo glorier, quòd eius ancillæ, ſacræ ſcilicet
Religionis ſim filius, quæ diuino ipſius obſequio eſt dedicata. Cùm itaque
tot nominibus ego ſim Dei ſeruus: quid mirum, quòd calicem ab ipſo mihi
in ſalutem meam porrectum ebibam? & quid ego præſto, dum vota mea illi
offero, & opere ipſo ſeruo? b *inutilis* proculdubio *ſum ſeruus*; nec vllam Do-
b *Luc.* 17. 19 MINO meo vtilitatem adfero: ſed *quod* lege gratitudinis *facere debui, id feci.* Et
quamuis ipſe ad id faciendum non me obſtringat præcepto: ſatis tamen mi-
hi eſt, quòd eius ſim ſeruus: vt propterea ſponte me ipſum offeram, & voti
obligatione obſtringam, ad faciendum, quod illi placet, & gratum eſt.

HINC tertium oritur motiuum, quod ipſe Dauid inſinuauit, dicens: c *di-*
3. c *Pſ.* 115. 17. *rupiſti vincula mea*, quaſi dicat: profiteor, me non eſſe ſeruum coactum, nec
opus eſſe compedibus aut catenis, vt in tuo ſeruitio detinear: ſed potius cùm
tuus eſſem ſeruus, miſertus mei dirupiſti vincula, quibus hoſtes mei Dæ-
mon, mundus, & caro me vinctum tenebant: dirupiſti enim & ſoluiſti vitio-

rum

rum ac paſſionum mearum vincula. Cùm igitur generoſam adeò Spiritus libertatem mihi dederis, vt auxilio tuæ gratiæ expedirem me à vinculis diuinarum, voluptatum ſenſuum, & honorum huius mundi: volo ego obſequio tuo ampliùs me alligare vinculis trium votorum, eiſque palam profiteri, me triplici nomine tuum eſſe ſeruum. Seruum voto paupertatis; & adhuc magis ſeruum voto caſtitatis, & filium ancillæ tuæ voto obedientiæ: quia ex mea hæreditate mihi prouenit, vt ſeruus & mancipium ſim tuum: ac proinde ad tibi parendum & obediendum obligatum.

Spiritus libertatem Deus dat.

Ex Prædictis licet colligere ſex fines, ſiue præcipua motiua, ad quæ reſpiciamus: dum vota noſtra offerimus *Primum* eſt, vt exceſſu aliquo oſtendamus amorem, quem erga Deum gerimus: & ſic exceſſum amoris eius erga nos aliquo modo reddamus. *Secundum* eſt, propter gratitudinem innumerabilium & maximorum beneficiorum, quæ in nos contulit. *Tertium*, vt omnino mundo & nobiſipſis moriamur tali morte, quæ plenam nobis adferat requiem. *Quartum*, vt precioſam in oculis Dei mortem conſequamur, quæ tranſitus ſit ad æternam vitam. *Quintum*, ad confirmandam ampliusque perficiendam ſeruitutem, quam Deo alijs etiam titulis debemus. *Sextum*, vt fortiùs Deo nos adſtringamus, eò quòd nos à vinculis ſoluerit, quibus hoſtes noſtri alligatos detinebant; nam quemadmodum clauus clauo pellitur, ita votorum vincula tollunt vitiorum ac paſſionum vincula, quæ ipſis aduerſantur.

## §. 2.

Facta votorum oblatione, & præmiſſis quæ retulimus, audiamus quid Dauid adiecerit. ait enim: a *tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddā in cōſpectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui, Jeruſalem.* Magnum latet myſterium in eo, quod Dauid eadem propoſita repetat: omnia enim, quæ propter Diuina beneficia accepta reddimus, recentia reputantur beneficia; ſuoq; iure nouam repetant ſolutionem: quæ, dum redditur, nouum etiam eſt donum; ac nouam exigit gratitudinem: nihil enim b *Deo dare poſſumus, niſi quæ de manu eius accepimus.* Ex quo fit, vt non poſſimus animi gratitudinem in Deum Dominum noſtrum oſtendere ob ea, quę ad ſuum obſequium nobis concedit: niſi iterum ac ſæpius bona opera repetamus, quæ ipſius cauſa facimus; ea mente & intentione, vt alia alijs reddamus; aut oſtendamus gratitudinem propter donum, quod in alijs præſtandis ab eodem accepimus. Ideoq; ob acceptum beneficium, quo nos in Religionem admiſit, & votorum oblationem acceptam: exhibenda ſunt ea, quæ hic Pſalmiſta inſinuat.

a Pſ. 115. 17.

b 1. Par. 29. 14.

1. PRIMVM eſt offerre ei ſacrificium laudis, glorificantes eum in hym-
nis, Pſalmis, & Canticis; & infinitas gratias agentes, ob tantum fauorem; &
operam dantes, vt cor & lingua ſacrificium ſui ipſorum offerant, & in tanti
benefactoris laudibus nunquam deficiant: nam, cùm beneficium ſit perpe-
c Pſal. 33. 1 tuum, par eſt, laudes eſſe perpetuas: vt cum Dauide dicamus, c *Benedicam Do-
minum in omni tempore ſemper laus eius in ore meo, in Domino laudabitur anima
mea.* Quòd ſi lingua defatigetur, ne tamen cor à laudibus ceſſet, quas Deus
libenter audit, eiſq; delectatur, iuxta illud Apoſtoli: d *loquimini vobimetipſis
d Ephe. 5. 19 in Pſalmis, & Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus
veſtris Domino gratias agentes ſemper pro omnibus.*

HINC pergendum eſt ad ſecundum, *ad inuocandum* ſcilicet *nomen Domini*,
2. orationibus petendo eius auxilium, ad ipſum pro meritis laudandū; & pro-
grediendum in omnibus, quæ propoſuimus ac promiſimus. In qua red-
quiddam ſingulare, ob immenſam bonitatem ac liberalitatem Dei; adeo-
que ingens eius deſiderium ad ſua dona impertienda: quòd quaſi ſolutio-
nem & gratitudinem noſtram reputet, quòd humiliter ab ipſo ea petamus,
tantam fiduciam in eo reponentes, vt pro gratitudine priùs nobis collato-
rum, & vt nos pro acceptis gratos exhibeamus, recentia ab ipſo petere lic-
re exiſtimemus.

EXPEDIT autem (ait Sanctus Baſilius) hæc duo ſemper coniungere,
De Conſt. Monaſt. c. 2. incipientes à Diuinis laudibus: ex quibus accipiamus titulos, vt noſtræ ora-
tiones exaudiantur. Propterea enim dixit Dauid: e *laudans inuocabo Domi-
e Pſal. 17. 4 num & ab inimicis meis ſaluus ero*: Et hac ratione, quamuis oratio aliquid
pro ſe petat, non cenſetur ambitioſa, quaſi proprium commodum quærat:
ſiquidem petit, vt ſuo benefactori grata eſſe poſſit, & eundem proprijs ipſius
donis laudare.

3. SED non debet ſpiritus hic laudum ad nos ipſos tantùm arctari; ſed ad o-
mnes homines eſt extendendus, vt optemus: omnes eum laudare. Et in eum
Vide. Ia. hic finem *inuocandum* eſt nomen Dei: quod, iuxta phraſin ſcripturæ, etiam ſig-
nificat eius magnalia publicare, ac prædicare, vt omnes eum laudent, &
propter illa glorificent: iuxta illud Moyſis: f *Nomen Domini inuocabo: dicam*
f Deut 32. 3. omnibus: *date magnificentiam* & gloriam *Deo noſtro: quia Dei perfecta ſunt o-
ra.* Quamuis enim occulta Dei dona, ac beneficia non ſint publicada pro-
ter ſuperbiæ vanæq; complacentiæ timorem: quæ facilè poteſt adhæreſcere
& inficere: publica tamen, æquum eſt annunciare, ac prædicare: vt multi alij
nobis ſe adiūgant in laudibus Deo reddendis propter bonitatem, quam
communicando oſtendit. Ac propterea dixit Saluator noſter homini, à quo
eiecerat legionem Dæmoniorum: vt g *narraret* omnibus *quanta ſibi fecerit
g Luc. 8. 39. Deus.* Et Sanctus Paulus cōuerſionem ſuam & gratias, fauoreſque à Deo ac-

ceptos publicabat: inuitans alios, vt ſimul cum ipſo pium adeò Dominum h *Pſal.33.4.*
laudarent. Et Pſalmiſta non contentus dicere: h *Benedicam Dominum in omni*
*tempore, ſemper laus eius in ore meo*, addit, quod omnibus dicebat: *magnificate Do-*
*minum mecum: & exaltemus nomen eius in idipſum*. Cùm igitur vocatio ad Re-
ligionem, & votorum oblatio, & ſtatûs ipſius præſtantia & amplitudo, pub-
blica ſit: bene poteſt omnibus promulgari, eosq; inuitare, vt nos iuuent, Deū
ob talia dona glorificare. Sed quoniã perfecta gratitudo nõ ſiſtit in ſolis ver-
bis adiecit Dauid: i *vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: & in* 4.
*atriis domus Domini, & in medio tui Jeruſalem*. Quod duobus modis peragen- i *Pſa.115.18.*
dum eſt: nempe, renouando, & confirmando vota ipſa priùs edita, cum eo Vota a-
ſpiritu & feruore; vt etſi priùs ea non emiſiſſet, vellet nunc reuerà emittere: liquando re-
& hac ratione omnis votorum renouatio eſt actus quidam ingentis meriti; nouando
& quaſi recens in Religionem ingreſſus; confertq; multum ad ampliorem
in eorum obſeruatione confirmationem. & hanc ob cauſam conſtituit P.
Noſter S. Ignatius, vt in Societate noſtra bis in anno vota publicè renoua-
rentur, quæ in fine Tyrocinij emittuntur: Fuitque admiranda pietas ac de-
uotio P. Noſtri Iacobi Laynez, ſecundi Generalis eiuſdem Societatis: qui
quoties Miſſæ Sacrum faciebat, cùm ipſum Sanctiſſimum Sacramentum in
manibus communicaturus habebat, vota ſua his verbis renouabat: *Placet*
*quod promiſi*. Quod ipſum fieri etiam poteſt ſpiritu gratitudinis: quamuis hic
ſpiritus multò magis apparere debeat in implendis & cuſtodiendis ipſis 5.
Votis valdè perfectè. Non enim eſt præſtantior animi gratitudo ob acce-
ptum à Domino beneficium, cùm ea nobis facienda inſpirauit, & emiſſa ad-
miſit; quàm quòd ea tanto ſpiritus feruore ſeruemus, & exequamur: vt om-
nes, qui id viderint, excitentur ad glorificandum Deum, à quo feruor ille
procedit. Hac enim via & ratione illud obtinetur, quod dixit Dauid; k *im-* k *Pſ. 46.14*
*mola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua*. Et illud l *Te decet Hym-* l *Pſal.64.1.*
*nus Deus, in Sion, & tibi reddatur votum in Ieruſalem*: hoc enim ſacrificium lau-
dis honorificabit te, quamuis etiam cedat in vtilitatem noſtram. Qui
enim perſeuerat in ſuis votis implendis in Ieruſalem terrena,
hoc eſt, in Eccleſia militante: fiet æternùm ſuorum vo-
torum compos in cœleſti Ieruſalem, hoc
eſt, in Eccleſia trium-
phante.

(.·.)

# CAPVT XV.

PONVNTVR SVMMATIM RATIONES PROPTER *quas Religioſ merito contenti eſſe, & in ſuo ſtatu perſeuerare debeant vſque ad mortem.*

Motiua perſeuerandi in religione.

EX DICTIS in hoc & in proximo tractatu deducere li- cet multas rationes, ob quas meritò contenti eſſe debe- ant, qui ad Religioſum ſtatum ſunt vocati: reſumentes magnum animum ad perſeuerandum in eo vſque ad mortem: vt facinoris adeò præclari & glorioſi præmio frui poſſint. Et, vt ſimul motiua perſpiciant ſuæ quietis ac ſolatij, conſtituemus hìc breuem quandam ſummam omnium, quæ hactenus ſunt propoſita quædam qui- dem pro ipſis Tyronibus, quædam verò pro ijs, qui vota ipſa iam emiſerunt.

1\. Chriſtus principium eſt & finis vitæ Religioſæ.

PRIMVM motiuum eſt ipſa DEI DOMINI noſtri Maieſtas & ampli- tudo: qui primum principium eſt, & finis vltimus vitæ Religioſæ; imò & principium ac finis vocationis, qua illos ad eam vocauit. Nam CHRISTVS omne bonum noſtrum, verus DEVS, & homo æterni Patris Sapientia, Re- ligionis domum fundauit pro gloria ſua: & ipſemet dignatus eſt eos vocare & eligere: vt habitatores eſſent & partes huius domûs: in qua perpetuò illi ſeruirent. Idque non ob ſua merita, aut præſtita priùs obſequia; nec ob ea quæ futuro tempore eſſent præſtituri: (multos enim ille relinquit in ſæcu- lo, qui ei melius ſeruierunt: aut ſeruirent, ſi vocarentur) ſed propterea ſo- lùm, quòd dignatus fuerit erga eos adeò copioſa miſericordia vti, vt per ex- cellentiam iure merito appellari poſſit a *miſericordia Dei*, digna immenſa- deò eius charitate.

21\. Reg. 9. 3.

2\. HINC ſecunda oritur ratio ob præſtantiam ſcilicet ſtatûs, in quo DEVS illos collocauit; & excellentiam oblationis trium votorum, in quo ſtatus ipſe conſiſtit: faciente creatura ex parte ſua ſummum, quod in hac vita poteſt pro ſuo Creatore: quia offert perfectum ſuiipſius holocau- ſtum, corporis ſcilicet, & animæ, rerumque omnium ſuarum: quo facto quodammodo illum obligat, vt liberaliſſimum ſe erga ipſam oſtendat quemadmodum reuerâ facit, cùm immenſa ei confert dona: admittens et- iam eam ad ſpirituales nuptias, quæ per ipſa vota cum ſumma excellentia celebrantur.

3\. QVID autem dicam de legibus ac Regulis huius ſtatûs? ex quibus ſcala quædam conficitur, qua in cœlum aſcenditur; ſicut illa, quam

vidit

vidit IACOB, adeò recta, certa, ac tuta: vt nullus per eam aſcendens aberrare poſſit, omnes enim tanquam ſcopum ſuum habent ipſum Deum, cuius voluntatem ſanctam, bonam, beneplacentem ac perfectam nobis manifeſtant: in qua voluntate ſpiritualis noſtra vita, & æterna conſiſtit.

QVARTA ratio ſiue motiuum eſt, ob innumera mala, à quibus eos liberat, educens eos ex mundo, & præſeruans à duplici diluuio culparum & pœnarum, quæ illos ſubmergunt. Quot autem illa ſunt mala, à quibus præſeruat; tot motiua & cauſas habent ſui ſolatij & quietis; experti in ſeipſis quod dixit Pſalmiſta: b *Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis* ab hoſte deuicti: *ad te autem non appropinquabit*, ita vt præualeat: ſed oculis tuis potiùs pœnam videbis peccatoribus illatam. Et quoniam dixiſti Deo: tu es ſpes mea, & Altiſſimum accepiſti in locum refugij: adeò eris tutus; vt malum non tangat te; neque flagellum veniat in domum tuam.

4. Ab innumeris malis liberatur homo. b Pſal. 90. 7.

HVIC rationi accedit quinta; magnum ſcilicet gaudium & ſecuritas, quam in hora mortis habebis; cum vocem audies, qua mortui vocantur ad iudicium: eò quòd vocationem audiueris, qua te vocauit DOMINVS vt mundum fugeres; nam eius virtute c *liberabit te* (vt dicitur in Iob) *à ſex tribulationibus*, ab omnibus ſcilicet, quæ in vitæ decurſu euenire ſolent; niſi tu ipſe tibi deſis; ne *tangat te malum in ſeptima* tribulatione, quæ eſt d mortis vltima, cuius *tormentum non tangit eos*, quos Deus manu ſua tenet & ſpeciali protectione tuetur. Quomodo enim non eſſet in morte tutus, qui in vita triumphum de ea reportauit? Et quomodo non expectabit magna fiducia iudicem, cùm vocauerit ad iudicium: qui eiuſdem vocem audiuit, cùm ad ſuam vocauit imitationem?

5. Religioſus in morte magnam habet ſecuritatem. c Iob 5. 19. d Sap. 3. 1.

SEXTA ratio eſt, ob innumera bona, quæ Dominus ipſe occultauit in ſtatu religioſo, in quo collocauit, ditans te proprio ſuo e *regno, iuſtitia*, ſcilicet, *pace, & gaudio in Spiritu Sancto*. Nam has virtutes ac dona tanta liberalitate tribuit, vt vita Religioſa videatur viua quædam paradiſi imago: eò quòd in hac vita incipias frui aliqua parte illius beatudinis; quam ſperas plenam in futura. Et quot bona regnum hoc complectitur: tot habes nomina & titulos gaudendi in iſto tuo ſtatu. Nam (vt Sanctus Cyprianus dixit) qui mundum deſerit, maior eſt ac ſuperior omnibus honoribus, regniſque terrenis: quare non terrena ſed regna cœleſtia cupit: magiſque contentus & quietus eſt ex eo quod magnalia mundi deſpiciat; quàm ſi omnia illa poſſideret.

6. e Ro. 14. 15.

Cip. in expo. orat. Dom.

CVM hac ratione coniungitur ſeptima, quæ eſt centupli, quod Dominus

 noſter

noſter tribuit in hac vita, deſerenti pro ipſius amore res omnes huius mundi: hoc enim obſequium remunerat ipſe multitudine & magnitudine bonorum ſpiritualium ac temporalium, quæ ſub hoc numero (vt ſupra vidimus) continentur. Quod ſi animum reſumas ad proſequendam feruenter iam factam renunciationem; experieris copioſam hanc ſolutionem promptam,

In hiſt. Ciſt. parata mercede, cum tanto lætitiæ exceſſu: vt, ſicut alter ille Religioſus, dicas: vera ſunt ô bone Ieſu, quæ promiſiſti: nam in medijs meis doloribus immenſo adeò gaudio me affici ſentio; vt centuplum valeat, quàm quæ in mundo reliquerim.

8. Multa ſunt priuilegia huius ſtatus.

QVID VERO de magnis alijs priuilegijs dicemus quæ Dominus noſter ſtatui huic conceſſit, in ſignum magni amoris, & beneuolentiæ erga eum eligentem? ſic enim valde illum impellit, vt in eo cum magna ſua conſolatione viuat; & cum ingenti commodo perſeueret? Quodnam opus poſt Baptiſmum eſt, quod habeat ita coniunctum Iubilæum pleniſſimum, & omnium peccatorum remiſſionem ab ipſomet IESV CHRISTO conceſſam, niſi oblatio trium votorum in Religione? Et quodnam aliud vinculum diſſoluere poteſt matrimonium, antequam conſummetur: niſi profeſſio Religioſa eò quòd in ea celebretur perfectiſſimum quoddam matrimonium ſpirituale cum ipſomet Chriſto. Quæ ſubſidia non complectitur gratia vocationis Religioſæ, ad vota ipſa cuſtodienda, ad reſiſtendum & ſuperandum hoſtes, & ad ſurgendum magna cum celeritate, ſi contigerit in aliquam culpam deijci? Ad quemnam Angeli accedunt frequentiùs? Quem virgo ſanctiſſima maiori clementia protegit? Et cuiuſnam maiorem curam gerit prouidentia Diuina? Et cui maiores fauores exhibet ECCLESIA ſancta, diligens & honore afficiens, quos Diuinus eius ſponſus diligit, & in honore habet? Et adhuc ipſa ſæcularis reſpublica ducit ſibi honori, quòd eam imitetur, afficiens etiam honore, & beneuolentia proſequens, quos videt ab ipſa ECCLESIA honoribus, & fauoribus affici.

8. Summa felicitas eſt eſſe religioſum.

f Gal. 6. 2.

QVOD ſi oculos conijcias in ea quæ religioſa Reſpublica intra ſuas portas habet, inuenies, ſummam eſſe felicitatem, participem fieri eius communitatis, in qua omnes emolumentum accipiunt, & potiuntur vniuſcuiuſque bono; & quiſque particeps eſt boni omnibus communis. Eo quod ſint quaſi vna anima in multis corporibus: qui ſeſe ad exequendum componunt, quod Apoſtolus dixit: f *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Et ita pergunt cum ſumma iucunditate & facilitate: quia multi ſunt, qui vnumquemque iuuant in ſuo onere portando. Nec propterea debilis deſinit tantum proficere, quantum robuſtus, eò quòd Rex illorum cæleſtis eam legem cum eis ſeruet, quam Dominus

ſuis militibus conſtituit, vt g *æqua pars ſit deſcedentis ad prælium*, a victoriam ab hoſte reportantis; *& remanentis ad ſarcinas:* qui ob defatigationē pergere non potuit: ita enim Deus remunerat imbecillē, ac fortem; cum imbecillis efficaci deſiderio idem præſtat, quod fortis ipſo opere; nam ille propter vnionē Charitatis bonum illud facit ſibi proprium, quod in ſuo videt ſocio. g 1. Reg. 30. 25.

DENIQVE, quod titulo ſummi gaudij implet, & veluti obſignat ſunt 10.
indicia, quæ Religioſi habent, quòd ſint de felici numero prædeſtinatorum; propter ingentia pignora & cautiones ſibi datas, æternæ vitæ conſequendæ. Quamobrem iure optimo gaudere poſſunt, & exultare ob felicem ſuam ſortem, dicentes cum regio Propheta: *Funes* ſiue ſortes h *ceciderunt mihi, in bonis valde præclaris: etenim* hæc *hæreditas mea præclara eſt mihi*. Verè enim Domine, i *Beatus* eſt, *quem elegiſti & aſſumpſiſti* tibi educens eum è mundo; & faciens, vt *inhabitet in atriis tuis:* hoc eſt, in ipſa Religione: nam replebitur in bonis domus tuæ; ditabis enim eum omni genere bonorum honeſtorum, delectabilium, & vtilium: implens deſideria cordis eius præclariſſimis hiſce bonis in hac vita, & in futura. O Religio ſacra, quàm meritò dicere de te poſſum: quòd k *omnia bona mihi venerunt pariter tecum*, diuitiæ innumeræ & immenſitas auri! Quænam, quæſo, bona optare tibi potes; quæ in hac domo non inuenias, vt quietus & contentus ſis in ea? ſi cupidus es bonorum fortunæ, & auarus cùm ea poſſides: relinque illa; & hìc inuenies duplo maius ſolatium ſine eis. ſi es honoris ambitioſus: renuncia illi ſponte, & magis ſaturaberis, quàm, ſi illum haberes; ſi es affectus & propenſus ad voluptates ac delitias: reſpue terrenas, & ſatiaberis cœleſtibus. Deſere omnia, & cum ſummo gaudio omnia iuuenies in Chriſto: eò quòd illa propter eius amorem reliqueris.

h Pſa. 15. 6.
i Pſa. 64. 5.
k Sap. 7. 11.

OMNES hæ rationes addere debent Religioſis calcar, vt progrediantur cum feruore & perſeuerantia in ſtatu ſuo vſque ad finem vitæ; & quaſi frænum, quo reprimantur impetus & impulſus, quos ingerit Dæmon, ad ſæculum redeundi. Abſque perſeuerantia enim, neque obtinetur corona, nec fructus victoriæ primæ. Propterea enim in libro Canticorum dicitur: k *aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius*. Non enim præclari eiu; fructus ab exiſtente in terra capiuntur; ſed neceſſe eſt conſcendere, & quaſi repere per eius truncum vſque ad culmen: vbi ſunt fructus copioſiores. Palma eſt vita Religioſa: cuius initium eſt quædam valde heroica victoria, quæ obtinetur contra Dæmonem, mundum, & carnem per oblationem trium votorum: quæ abſque comparatione ſuperat omnes victorias, quæ in ſæculo obtinentur: eam enim celebrant & extollunt Angeli, præcinentes canticum illud mulierum; quod, cum Dauid, deuicto Gygante Goliath, reuerteretur, dicebant: l *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia*. Sæculares

k Can. 7. 8.
Vita religioſa palma eſt.
l 1. Re. 18. 7

enim in bellis ſuis vincunt mille hoſtes: at Religioſi, vel in vno cõflictu pro-
ſternunt decẽ millia, omnium fortiſſimos. Vno enim ictu Philiſtæum pro-
ſternunt; caputq́; eius amputant, cùm deſerunt mundum, & quicquid in eo
habebant; & ſimul ſeipſos. Sed quemadmodũ Dauid nõ fuit eâ victoriâ con-
tentus; ſed ſemper progreſſus eſt pugnans, & vincens: & vt filiã Regis duce-
re poſſet, opus ei fuit vincere & iugulare centũ Philiſtæos eorumq́; præpu-
tia ad Saul adferre, vt ipſe petierat. qui, vt fortitudinem ſuã oſtenderet, non
m 1.Reg.18.27. ſolùm centũ, ſed m *ducentos ex Philiſtiim percuſſit, eorumq́; præputia attulit, &*
n Eccl.47.8.13. *numerauit ea Regi, vt eſſet gener eius*, & ita n *contriuit* (vt ait Eccleſiaſticus) *ini-*
*micos vndique, deditque illi Deus teſtamentum regni, & ſedem gloriæ in Iſrael.* Ita
inquam tu nõ debes contentus eſſe primâ victoriâ, etiamſi valde fuerit glo-
rioſa: ſed pergere vincẽdo omnes tuos hoſtes interiores & exteriores, mor-
tificando oẽs tuas prauas paſſiones, & reijciendo à te quæcunque tuum pro-
fectum impediunt; donec peruenias ad palmæ ſummitatem vbi omnes eius
fructus colligas; & centuplo fruaris ac præmio æterno. Omninò enim ma-
gna eſt miſeria ac detrimentum, quod ex negligentia tua tantis bonis & fru-
ctibus, quos diximus, ſpolieris; intriceris verò grauibus adeò malis. Non
enim temerè diceretur: quòd quemadmodum Chriſtus Dominus noſter
duplex promiſit præmium renunciantibus propter ipſum rebus omnibus,
alterum centuplum in hac vita; alterum æternum in futura: ita etiam teme-
rè & ſtultè retrocedentibus, ac de facta promiſſione dolentibus, duplicem
& horrendam inferat pœnam; alteram in hac vita in morbis, ignominijs, ad-
euentibus infelicibus, & grauiſſimis conſcientiæ remorſibus: &, quod gra-
uiorem adhuc incutit metum, permittendo graues & infames lapſus, &
mortes ſubitaneas: quas altera pœna ſequatur, quæ erit æterna. Nam vt ma-
gnum indicium eſt prædeſtinationis ad cœlum, eius, qui Religionem ingre-
ditur, & in ea vſque ad finem vitæ perſeuerat: ita eſt indicium reprobatio-
nis leuiter eam deſerere. Propterea enim dixit ipſe Saluator: o *nemo mittens*
o Luc.9.62. *manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei*: quòd ſi cœlo non
eſt aptus: erit procul dubio, inferno: nam inter hæc duo loca nullus eſt alius
ad quem poſſit æternùm pertinere. Quemadmodum etiam cum feruore
perſeuerantes, multos gloriæ gradus in cœlo accipient, ob ſua multa
valdeque præclara merita; ita reuertentes ad ſæculum horribiliora in in-
ferno ſuſtinebunt tormenta. Nam vt plurimùm tales ſolent eſſe in ſæculo
S. Aug. epiſt. 137. ad finẽ. ex S. Th. 2.2 q. 188 a. 10. ad 3. peiores: ſicut ſanctus Auguſtinus valde aſſeueranter teſtatus eſt; qui
quemadmodum non nouiſſet meliores homines, quàm qui in monaſterijs
viuerent, ac proficerent: ſic non fuiſſe expertum deteriores ijs, qui apoſta-
tantes in ſæculum rediјſſent. Quia in vtriſque locum habet, quod ſcriptum
Apo.22.11. eſt: *qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc; &, qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.* Iden

confi-

confirmat ſanctus Baſilius dicens: huiuſmodi facilè incidere in omne genus vitiorum; ſeque præcipitare in abyſſum peccatorum: ex qua difficillimè emergant. *De Conſtit Monaſt c. 2.* Quemadmodum enim cibum ex ſtomacho eiectum multò magis horremus, quàm eum (etiam aliàs ingratum) qui nunquam in illum eſt immiſſus: ita hos (ait Caſſianus) horret magis Deus; & maiori cum difficultate eos iterum admittit. *Coll. 4. c. 19.* Non quòd Deo deſit miſericordia; ſed quod ipſis diſpoſitio deſit, ad eam accipiendam. Memor eſto horrendæ illius viſionis quam in ſecundo tract. explicuimus de p *Lumbari lineo, quod Ieremias iuſſus à Deo poſuit ſuper lumbos ſuos.* *p Iere. 13. 1.* & poſtea eiuſdem Domini iuſſu illud exuit, *tulit ad Euphratem & abſcondit ibi illud in foramine petræ.* & cum poſt aliquod tempus præciperet idem Dominus, *ire ad Euphraten, & tollere inde lumbare,* inuenit, *ita computruiſſe, vt nulli vſui aptum eſſet.* Ad ſignificandum (vt ſanctus Hieronymus ait) *S. Hier. ibid.* quòd ſi Religioſi, qui tempore aliquo Chriſto fuerunt in Religione coniuncti, in qua bene etiam profeciſſent; ab ea diſcedant, tranſeantque ad partes mundi: eò, occultis Dei iudicijs, perueniunt, vt valde ſæculares & abominandi effecti, computreſcant in vitijs ſuis, nec vlli vſui apti eſſe poſſint, nec redire ad priorem ſtatum; ſed vt in ſuis iniquitatibus permaneant. Quamuis autem Dominus noſter non ſemper adeò ſeuerè huiuſmodi homines caſtiget; (nam interdum pulſat ad illorum cor, & impellit, vt ad ſuam redeant Religionem, eoſque admittit) *c. 7. huius tract.* ſemper tamen huiuſmodi punitio eſt pertimeſcenda reuocando in memoriam, quod ſuprà ad hoc propoſitum diximus: vt illud ſit nobis quaſi frænum aduersùs Dæmonis tentationes.

Hæc omnia pulchrè collegit S. Ephræm, dicens: Qui poſt renunciationem abdicationemque vitæ in virtutis ſtudio claudicare inceperit, & *Serm. 30. qui incipit. Non decet eos in i. To.* tandem à recta via reſilire, oculosque circumuertere retrorſum: hic & in vita præſenti erit exemplo; & poſt ſuum è viuis exceſſum, regno cœlorum priuatus, indignum ſeipſum ſanctorum Choro reddet. Quin & parentibus ipſis ignauia huius in confuſionem futura eſt; amici dolore concident: videntes eum, qui res terrenas exuerat, non obtinuiſſe cœleſtes: & ſub ſpecie pietatis, Diaboli iugum ſubijſſe. Inimici etiam gaudebunt, & illudent ei, dicentes: q *quia hic homo cæpit ædificare; & non potuit conſummare.* *q Lu. 14. 29* Neque homines veretur; neque Dei indignationem animo expendit: ſed abiecta pietate omni, impudentiam indutus eſt; & turpia agere non erubuit. & quemadmodum r *impius cùm in profundum malorum venerit contemnit;* *r Pro. 18. 3.* ita hic in tantam temeritatem impingens, nequaquam eſt territus; ſed inſtar illius, qui vendidit vniuerſam ſuam ſubſtantiam, & ſtolam magni precij, qua in paterna domo induebatur, furore incitatus aſſumentis panni rudis & ſordidi impleuit: qua ſi vtarur, non

amplius

ampliùs in laudem & honorem; ſed in ſubſannationem, & impropetium vtetur. Quis enim non irrideat, aſpiciens eum, qui heri in Monaſterio ſeipſum ad miniſterium Fratrum in vnum habitantium præcinxerat, ad imitationem Domini noſtri IESV CHRISTI; hodie famulorum comitatu ſtipatum? aut quis eum non reprehendat, qui die heſterno ſua ſponte quæcunque temporalia abiecerat, inopiam ad CHRISTI exemplum amplectens; hodierno autem accedat ad tribunalia, & Iudices, & Cauſidicos, vt quæ ſponte priùs reliquerat, iure nunc repetere contendat: & mentem ſuam à cœleſtibus ad terrena traducat? Hæc S. Ephræm.

*Epiſt. 137.* NVLLVS tamen hinc accipiat occaſionem (vt ait ſanctus Auguſtinus) ad parui faciendum ſtatum Religioſum, eò quòd aliqui adeò improbi ab ea diſcedant. Id enim non ex defectu ſtatûs prouenit; ſed ex pernicioſa hominis libertate: ſicut neque eſt Eccleſiæ Catholicæ culpa; quòd ab ea multi hæretici exiuerint, qui ei detrahere ſunt conati: Nec fuit ſacri Apoſtolici Collegij infamia, quòd ex eo prodierit Iudas: potiùs licebit dicere: Hoc eſſe indicium præcellæ eius ſanctitatis, & ſeueræ diſciplinæ; quam improbi ferre non poſſunt. Quare, ſi tam profundè labuntur: id fit, quòd ex valde excelſo loco ceciderint: nam, quòd acetum valde ſit forte, ſignum eſt, vinum, antequam corrumperetur, fuiſſe excellens. Ac propterea ſanctus Bernardus

*Ad Frat. de mont. Dei.* dixit: rarò aut nunquam aliquem deſcendere ex cella ad infernum: vix enim in ea vſque ad mortem perſeuerat, niſi qui ad cœlum eſt prædeſtinatus. Et quemadmodum mare, mortuorum corpora à ſe eijcit: ita Religio reprobos & incorrigibiles à ſe eijcit, *Solue*, inquit Deus Moyſi, *calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Terra ſancta Religio eſt: nec diu in

Religio incorrigibiles reijcit. ea manere poſſunt, qui calceati ſunt affectibus rerum mortuarum; ſeſeque præcipitant in opera obominanda. Quare indicium eſt ſanctitatis Religionis, quòd tales nec ferre poſſit, nec retinere. Qui autem talium affectuum calceamenta ſoluent, accedent, ſicut Moyſes, ad videndum Deum in rubo, contemplantes Chriſtum Crucifixum, & ærumnarum ſpinis punctum, ideoque eius inſignia & veſtes induentes in terra: induit ipſe poſtea veſtibus gloriæ ſuæ in cœlo.

## CAPVT XVI.

### Cuique Perſeuerandum In Sua Religione; Nec *leuiter ad aliam tranſeundum, nec tamen vlla contemnenda.*

EX omnibus rationibus, in proximo capite poſitis, deducitur etiam Religioſos non ſolùm quietos & contentos in ſuo ſtatu eſſe debere; horrere verò reditum ad ſæculum: ſed etiam in ſua Religione, ad quam ſunt à Deo vocati; & hoſtis tentationem reputare, ad aliam leuiter tranſire. Nam vel tranſitus eſſet ad aliam minus perfectam, vt laxius in ea viuere liceret; aut ad perfectiorem ſub prætextu maioris perfectionis obtinendæ. Primus tranſitus eſſet genus quoddam apoſtaſiæ, nam (vt ſanctus Gregorius ait) tranſire à meliori ad minus bonum, eſt, poſt miſſam manum ad aratrum, aſpicere retro: quod eſt contra ſpiritum Chriſti, impellentis nos ſemper ad progrediendum vlterius in profectu. Eum in modũ, quo de ſanctis quatuor animalibus dicitur: quòd a *vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur: nec reuertebantur, cùm incederent.* Quid enim aliud eſt: ante faciem ſuam progredi: niſi nunquam retro aſpicere malum, aut imperfectum quod ſemel reliquimus? Præclarè hoc explicuit Sanctus Bernardus in ſolenni illa epiſtola quam ſcripſit ad Robertum nepotem ſuum, qui ex ordine Ciſtercienſi tranſierat ad Cluniacenſem, qui tunc erat minus perfectus. Quem, vt ad priſtinum ordinem reuocaret, hæc inter alia ei dicit: O inſenſate puer; quis te faſcinauit, non ſoluere vota tua, quæ diſtinxerunt labia tua? Et quid tibi fruſtra quiſpiam blanditur de abſolutione Apoſtolica, falſa infirmatione impetrata; cuius conſcientiam diuina ligatam tenet ſententia? b *Nemo* (inquit) *mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro: aptus eſt regno Dei.* Nunquid & hoc tibi perſuadebunt, non eſſe retro aſpicere? Filiole: c *ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis*: d *noli omni Spiritui credere* : e *ſint tibi multi neceſſarii; vnus autem ſit tibi conſiliarius de mille.* Tolle occaſiones; reſpue blandimenta: adulationibus claude aures: teipſum interroga de te; quia tu te melius noſti, quàm alius. Attende cor tuum, diſcute intentionem, cõſule veritatem: tua tibi conſcientia reſpondeat: Cur abieris, cur Ordinem tuum, cur fratres, cur locum deſerueris? Si vt arctius, vt rectius, vt perfectius viueres: ſecurus eſto, qui non retro aſpexiſti: ſed & gloriare cum Apoſtolo,

*3. Part. paſtora. Ad mont. 28. & Hom. 3. in Ezec. circa finem.*

a Ezec. 1. 9.

*Epiſt. 1.*

b Luc. 9. 62.

c Pro. 1. 10.

d 1. Ioan. 4. 1.

e *Eccl. 6. 6.*

f Phil. 3. 14.

g Rom. 11. 20.

dicens; f *Quæ retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ ſunt priora extendens meipſum*, ſequor ad palmam gloriæ. Sin aliàs: g *noli altum ſapere ſed time.* quidquid enim tibi amplius indulges in victu, veſtitu q; ſuperfluo, in verbis otioſis, in vagatione licentioſa & curioſa; quam videlicet promiſiſti, quam apud nos tenuiſti; & nunc teneres: hoc procul dubio retro aſpicere eſt; præuaricari eſt, apoſtatare eſt. Hæc S. Bernardus.

22. q. 189. a. 8.

Lib. de praecepto & diſpen. poſt medium.

Collat. 14. c. 5.

QVAMVIS autem negandum non ſit, licere, (vt S. hic ait) ad perfectiorem Religionem tranſire: quando idem Dominus, qui ad vnam vocauit, nunc vocat ad alteram cum talibus inſpirationibus; & rationibus, vt hominem reddant tutum, quòd ea ſit diuina voluntas; & nominatim in caſibus à S. Thoma expreſſis. Nihilominus huiuſmodi ab vna in alteram Religionem mutationes, rarò à bono ſpiritu Dei q; vocatione proueniunt: quemadmodum idem S. Bernardus inſinuat, dicens: ſe non audere id alicui conſulere: nam vt plurimùm illæ mutationes oriuntur ex tentationibus, ex tædijs, aut animi leuitate: qui libenter vult res nouas experiri, aut à Satana transfigurante ſe in Angelum lucis: vt prætextu maioris alicuius boni hominé decipiat, aut turbet in ſtatu quem ex DEI vocatione tenet; cumq́ue inde deducendo: non vt collocet in meliori; ſed vt vtriuſq; iacturam faciat. Quia & in ſecundo etiam turbat, vt inde etiam expellat, ſicut ex primo: donec tædium eis afferat vitæ Religioſæ; eamq; deſerant, & redeant ad ſæculum. Quod ſi verè optant maiorem profectum, audiant præclarum S. cuiuſdam Abbatis conſilium, quod his verbis refert Caſſianus: vnicuiq; vtile atque conueniens eſt vt ſecundùm propoſitum quod elegit; ſiue gratiam, quam accepit, ſummo ſtudio ac diligentia ad operis arrepti perfectionem peruenire feſtinet. Et aliorum quidem laudans admiransque virtutes: nequaquam à ſua, quam ſemel elegit, profeſſione diſcedat: ſciens, ſecundùm Apoſtolum: vnum quidem eſſe corpus Eccleſiæ, multa autem membra: quorum nullum in alterius officium ſe inſerit. In quo aliqui debiles facilè errant, necdum ſatis in illa, quā arripuerunt profeſſione, fundati. Cùm enim audierint quoſdam in diuerſis ſtudijs ac virtutibus prædicari: ita eorum laude ſuccenduntur, vt imitari eorum protinus geſtiant diſciplinam. In quo irritos neceſſariò impendit conatus humana fragilitas. Impoſſibile namq; eſt, vnum eundemq́ue hominem ſimul vniuerſis, varijſque fulgere virtutibus, quales in varijs ſunt profeſſionibus. Quas ſi quis voluerit pariter affectare in id eum incidere neceſſe eſt: vt dum omnes ſequitur, nullam integram conſequatur: magiſq; ex hac mutatione et varietate diſpendium capiat, quàm profectum. Quare cum multis vijs ad Deum tendatur; vnuſquiſque quam ſemel arripuerit, irreuocabili curſus ſui intentione conficiat: vt ſit in ſua profeſſione perfectus.

SALVBERRIMVM hoc conſilium ipſa experientia grauiorum incommodo

modorum confirmat, quæ in his mutationibus euenire videmus. Cuius ratio eſt aperta: Cùm enim Deus D. N. peculiare det Religioſis auxilium, vt Religionis, ad quam eos vocauit, onera portent; & vt perfectionem in ea cõſequantur, quæ eius inſtituti eſt propria: (quod auxilium vocamus gratiam vocationis) omnes poſſunt progredi ac perfici in ſtatu, quem ex diuina vocatione habent: quòd ſi ad alium tranſeant non vocati à Deo: deficit illis huius ſtatus gratia: ideoque non poterunt ad eius perfectionem peruenire.
Ac propterea Regius Propheta dixit; h *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te; aſcenſiones in corde ſuo* per gratiam tuam *diſponet, in valle lacrymarum, in loco,* in quo per te *poſitus fuit*. Tunc enim *benedictionem dabit legiſlator, qua ibunt de virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion.* Quibus verbis docet; vnumquemque contendere debere, vt creſcat in virtutibus, & perueniat ad perfectionem earum, quamdiu in hac lacrymarum valle permanſerit: ſolidè figens pedem in eo loco, ſtatu, & officio: in quo eſt à Deo collocatus; aut ipſe ex voluntate Dei elegit. Confidens ſibique perſuadens: ipſum legiſlatorem Deum, benedictionem ſuam & auxilia copioſa præbiturum, vt leges ſeruet, & impleat obligationes ſtatus, quem ei aſſignauit. Siquidem Deus non eſt ſicut legiſlatores terreni, qui condunt leges; ſed ad eas ſeruandas vires non impertiunt. Deus autem vtrumquæ præſtat: talibus fauoribus ac benedictionibus dulcedinis hominem præueniens, vt iugum, quod ipſe imponit, reddat ſuaue & onus leue; ita vt omnes poſſint in ſuis ſtatibus *ire de virtute in virtutem*, & nouas quotidie aſcenſiones, gradúſque perfectionis acquirere: donec ad cœleſtem perueniant Sion: vbi Deus clarè videtur, & perfecta beatitudo obtinetur, ad quam conditi fuimus. O beatum virum, qui omnem reſpuit mutabilitatem; & conſtans eſſe contendit in adimplendis viriliter, quæ ad ſuum ſpectant ſtatum! felix, qui ſuos profectus, & in ſpiritu incrementa in eo loco & ſtatione diſponit: quæ à diuina voluntate ei obtigit. Cuius prouidentia (vt ſuo loco eſt oſtenſum) vnumquemque in eo ſtatu collocat, qui ei ad ſalutem conſequendam maximè expedit. Permane itaque dilecte, firmus in tua vocatione; fideq; Deo, cuius fauore omnem conſequêris perfectionem, quam optas. Audi verba Sapientis: i *Fili, confide in Deo, & mane in loco tuo: facile eſt enim in oculis Dei, ſubitò honeſtare pauperem. Benedictio enim Dei in mercedem iuſti feſtinat.* Qua accepta, eius accretiones breui proferent fructus copioſos. atque ſi diſtinctiùs dixiſſet: ſi firmus in tua vocatione permanſeris, ſtudendo, te in ea perficere: cùm minimè cogitaueris, Deus te ſuis gratiis ditabit, & honeſtabit: & remunerabit te, eò quòd eius leges cuſtodias: & tot benedictiones ſuper te effundet: vt creſcere te faciant in omnibus virtutibus; & copioſos bonorum operum fructus proferre. Quod ſi mutationibus des lo-

h *Pſal.* 83. 6.

*Tom.* 2. *tract.* 1. *c.* 7.

i *Ecc.* 11. 22.

cum: facilè tibi eueniet illud Salomonis : k *ſicut auis tranſmigrans de nido ſuo*,
magno ſe periculo exponit pereundi, vel ab alijs rapacibus auibus, vel à ve-
natoribus: *ſic vir qui dereliquit locum* ſuum: ſtatum ſcilicet & officium, in quo
Deus eum conſtituit, ſecuritatem amittit animæ ſuæ ſeq; periculo expon[it]
amittendi vitam gratiæ: quod dæmon maximè contendit. Quamobrē idem
l Eccl 10. 4 Sapiens dixit: l *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderet ſuper te*, tentationibus
ſcilicet te aggrediens, *locum tuum ne dimiſeris: quia curatio*, & ſolicitudo, qua
rebus tuis attendis *faciet ceſſare peccata maxima*, & præſeruabit te ab eis; & fa-
ciet, vt in virtutibus proficias. Conijciat itaque Religioſus oculos in finem
& ſcopum ſuæ vocationis; mediaque illa adhibeat, quæ iuxta eam ſunt ad-
hibenda; vt eam conſequatur: & experietur, ſe ſatis habere quod agat, vt om-
nem perfectionem ſuæ profeſſionis obtineat: & ſic curas deponet, aliquid
aliud, aut alibi quærendi. Et quamuis totam illam acquirat: adhuc ſi in ſua
permanſerit vocatione, poterit vlterius progredi & quotidie magis profice-
Tom 2. tract. 1. c. 7. re. Nam (vt alibi diximus) etiam in ſtatu imperfecto, aut minus perfecto po-
teſt eſſe vita valde perfecta. Et ita alijs ſui inſtituti ſocijs exemplo ſuo pro-
derit; & præueniet turbationem, quam illis adferret, ipſius mutabilitas.

§. 1.

SED non erit æquum, ſilentio præterire vitioſum alterum extremum
in quod ſolent aliqui Religioſi incidere; adeò ſibi de propria vocatio-
ne, & inſtituto complacentes; vt aliorum inſtitutum contemnant, quia
exiſtimant in ſuo ſcientiam & ſanctitatem valdè florere: cùm in alijs, qui a-
liam tenent viam, vtrumq; hoc iaceat. In quos direxit Apoſt. ſolennem il-
ſentētiam, quam ſcripſit ad Romanos: a *Is, qui manducat, non manducantem*
a Rom. 14. 3 *non ſpernat: & qui non manducat manducantem non iudicet*. Ad cuius declara-
Ibidem. tionem aduertit S. Thomas: fuiſſe tunc temporis Romæ duplicem inter
Chriſtianos diſſenſionem; alteram circa ſcientias, alteram circa mores. Et
quoniam altera ſolet interdum ab altera oriri & excitari; vtriuſque hic in-
dicem inſinuabimus. Prima controuerſia in eo verſabatur, quòd aliqui af-
firmarent: poſſe Chriſtianos veſci cibis in lege veteri prohibitis: eò quod
illa lex iam ceſſaſſet. Alij dicebant, expedire, & melius eſſe ab eiſdem abſti-
nere: ne ſcandalizarentur, qui ex Iudaiſmo recens ad Chriſti fidem conuer-
tebantur. Vtrique igitur horum zelo quidem veritatis, ſed aliqua tamen
admixtione ſuperbiæ & arrogantiæ, aliorum opinionem damnabant, & di-
opinantes iudicabant ignorantes eſſe, aut minus benè moratos, cum de-
mento pacis & charitatis fraternæ. Vt igitur Apoſtolus vtroſque corrige-
ret & inſtrueret, dixit: Is, qui omnibus cibis veſcitur, exiſtimans id lice-

non iudicet temerè, nec damnet nolentem eis veſci, quaſi ſuperſtitioſum:
& qui talibus cibis abſtinet, non damnet comedentem, quaſi ſcandalum a-
lijs adferentem: *ſed vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet*, ſuam ſequens opinio-
nem abſq; alterius detrimento in ijs rebus, de quibus Eccleſia & Sancti Pa-
tres in neutram partem aliquid conſtituerunt. Qua etiam ſententia monet
Apoſtolus ſcientiarum profeſſores, ne quis eorum tantum ſuis opinioni-
bus tribuat vt contrarias ſequentes condemnet; & iudicet eſſe ignorantes,
aut non ſatis difficultatum puncta aſſequi, ſed contentos eſſe rudi quadam
rerum cognitione: tale enim de alijs iudicium ordinariè oritur ex occulta
aliqua ſuperbia, & arrogantia temeraria. Nam quod vni videtur verum, al-
teri videtur falſum propter aliam rationem æquè bonam, ac efficacem at-
que alter pro ſua habebat. ideoque non eſt rationi conſentaneum, alterum
contemnere, ſicut ipſe non vult ab altero contemni. Et quid mirum hoc e-
uenire in diuerſis perſonis: cum vnus & idem doctus & eruditus vir ſoleat
ſententiam mutare, & iudicare falſum, quod antea verum exiſtimabat. Sed
hoc argumento nunc prætermiſſo, & ad Tractatum de Magiſtris ac Docto-
ribus reiecto, veniamus nunc ad alterum diſſenſionis argumentum, quod
eſt de moribus. Nam quidam illorum valdè addicti erant ieiunijs, & abſti- Ex Gloſſa.
nentijs: in quibus magnam ſanctitatem reponebant: alij verò omni gene-
re ciborum, ob ſuam debilitatem veſcebantur; aut vt alijs miſericordiæ o-
peribus vacarent. Sed vtriq; aliquid ſuperbiæ pallio quodam zeli tectæ ad-
miſcentes, tantum ſuæ viuendi rationi tribuebant; vt temerè iudicarent &
contemnerent eos, qui contrariam tenerent rationem. Qui multum ieiu-
nabant, iudicabant, alios tepidos, ac delitijs deditos, hi autem alios indica-
bant vanitatis, & arrogantiæ ſtudioſos & cupidos. In vtroſq; igitur Apoſt.
ſententiam ſuam dirigit, ſiue quis comedat, ſiue non, iuſtis ex cauſis: ne al-
terum iudicet, aut damnet; ſed virtutis exercendæ modum ſequatur, quem
Deus ipſi inſpirauit; nec damnet contraria via ambulantem: Qui enim ali-
ter iudicat, facilè in eo iudicio errabit, cum detrimento tum animæ propriæ
tum charitatis fraternæ.

Deceptio hæc & pernicioſum iudicium de alijs eſt valdè antiquum in
imperfectis. Nam b *S. Ioannis Baptiſtæ diſcipuli frequenter ieiunantes*, damna-
bant *diſcipulos Christi* Domini noſtri, eò *quòd non ieiunarent*: & notam illis in-
urebant voracium & potatorum. c *Martha* adeò ſibi placebat, quod *ſollicita*
*eſſet, vt Christo Domino miniſtraret*: vt *Mariam ſororem ſuam occupatam in audi-*
*enda Christi doctrina*, contempſerit, & otioſam iudicauerit. Hanc in modum
inter Religioſos niſi adſit cordis humilitas, actiui contemplatiuos iudicant
ignauos; & hi illos nimium ad externa effuſos. Magnæ pœnitentiæ ſectato-
res parui faciunt eos, qui non multum faciunt; & hi aliquid inueniunt,

b Mat. 6. 14.

c Luc. 10 40

*Serm. 12. in Cantica.* quod notent ac damnent in ijs, qui multum faciunt. Monachi (ait S. Bernar.) valde amantes, ſuæq; recollectioni valdè addicti parui faciunt Epiſcopus & eos qui verſantur cum proximis: iudicantes, eos ſæpiùs & in res varias impingere: hi verò parui etiam faciunt valde recollectos; iudicantes, eos ſibi ſolis vſui eſſe. *Grad. 4.* Tyrones & Nouitij (ait S. Io. Clim.) ſi valdè ſunt feruentes, ſolent frequenter temerè iudicare de ſuis ſocijs, quos vident non facere, quod ipſi faciunt: hi verò illos etiam contemnunt, quaſi ſingulares, & inanis gloriæ cupidos. Contra hos omnes tendit Apoſtoli prædicta ſententia: vt quiſq; eam vitæ rationem ſequatur, quam Deus ipſi inſpirauit; nec, quemquam alium contemnat, quod diuerſam teneat rationem; perſuadens ſibi, *Quiſque inſpirationem Dei ſequatur.* Spiritum S. varijs vijs ſuos deducere electos. Et qui te hac via dirigit, valet alios dirigere alia poteſtq; eos adeò bonos & perfectos illa via facere, atque via tua. Et quamuis certum ſit & manifeſtum, aliquas Religiones maiorem profiteri perfectionem, quàm aliæ: attamen quemadmodum Angeli, ſuperioris chori, non contẽnunt eos qui ſunt in inferiori, ſed ſummo amore eos diligunt & complectuntur: ita qui altius profitentur inſtitutum, non debent eos contemnere, qui ſectantur minùs perfectum: ſed eos ex toto corde tanquam fratres diligere; ita vt quiſq; alterum in honore præueniat. Et *Superbia periculoſa eſt.* quemadmodum eſt periculoſa ſuperbia, quòd quis alteri inferioris ſtatus in ſanctitate præferat; ita eſt noxia temeritas propterea ſolùm, eum iudicare imperfectum: ſiquidem (vt iam diximus) in Religione minùs perfecta potest quis diuina gratia & maiori ſua diligentia eſſe perfectior. Præcipuè cùm ita diuina prouidentia res iuſtorum conſtituerit: vt ordinariè loquendo, nullus in rebus omnibus excellat, ſed vt quiſq; ab alio in re aliqua ſuperetur: vt occaſionem inde ſumat, ſe humiliandi. Sic etiam nullum inſtitutum excellit in omnibus, quæ pertinent ad perfectionem Euangelicam; ſed aliud in vna re præcellit; aliud in alia: vt omnes verè fundentur in humilitate, poſſintque aliquam præcellentiam in alijs agnoſcere. Dent igitur operam Religioſi, vt ita diligant, ita æſtimẽt, propriamq; vocationem cõplectantur, vt in nullo euentu aliorum vocationes contemnant; ſed quiſque ſtudeat in ſua vocatione eſſe perfectus, exactè cuſtodiens vota ſua, ſuique inſtituti leges; eum in modum, quo in proximo tractatu dicetur.

(.·.)